Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Dissertationis Ivridicae Inavgvralis De Praediis Tertialibvs

Pars Prior : Continens Historiam Et Svccessionem

Gryphiswaldiae: Litteris A. F. Roese, [1777]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862380375

Band (Druck) Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862380375/phys_0001
DFG

Jc – 1609.

Jc

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862380375/phys_0002
DFG

Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862380375/phys_0003
DFG

Vir illustris atque excellentissime
Iurium Doctor et Professor in hac alma longe meritissime
Amplissimae facultatis juridicae prodecane spectatissime
Regii Consistorii assessor gravissime,
Certaminis hujus disputatorii moderator clarissime,
Fautor omni qua par est observantia colende.

Evocare ad conflictum hunc litterarium viros doctissimos qui dissentientium tuentur partes, a te jussus, omnino meum esse duco, ut tibi, Vir excellentissime, pro singulari, quo me hucusque dignatus es, favore gratum meum animum fovecam atque spondeam. In eo jam est, ut pro obtinendis summis in jure honoribus dissertationem meam publice defendam, cui actici moderatorem te praebere benigne voluisti, sed cum viri clarissimi atque doctissimi contra me insurgent, imbecillitatis meae satis memor, te, vir excellentissime, omni qua decet observantia rogo atque obtestor, ut mihi forsan haesitanti opem ferre haud detrectes, pro qua tua nunquam satis depraedicanda gratia, me semper habebis obstrictissimum.

Te igitur primum compello, Vir praenobilissime atque doctissime, amice suavissime. Dissentientis partes in te suscepisti, quo mihi exhibuisti animi tui in me bene affecti testimonium quam luculentissimum, idque non possum non mente agnoscere gratissima. Quantum enim voluptatis in se continet amicitia, ex jucundissima tua consuetudine edoctus sum, qua mihi datum est tam frui colloquiis tuis, quam solidam tuam, in jure intelligere cognitionem, cujus et hodie specimen omnino es editurus. Fiat itaque periculum virium, nobis tamen non re sed verbis erit digladiandum. Fungaris jam quaeso officio tuo, eaque, quae tibi circa dissertationem meam videntur monenda, proferas, et tibi habeas persuasum, te mihi casum favere gratissimum.

Vir praenobilissime atque doctissime
amice dilectissime.

Te minime a limine salutasse litteras, praesens hic actus satis superque evincit. Egisti enim pro virili, quod tuarum erat partium, et tuo probasti exemplo, quod egregii excitare soleat, ubi ad divinas animi dotes institutio et sollicita artis conformatio accesserit. Perge, amice suavissime, incedere ista laudabili via, et patria tua jure in te habebit, qualem speravit. Quod de me attinet, persuadeas tibi velim, in me nunquam amicitiae tuae memoriam irri exstinctum, sed ea mihi semper erit nihil gratius, nihil jucundius. Te autem, ut ea qua me hucusque prosequutus es amicitia, in posterum me dignum judicare velis eniae rogo atque obtestor.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862380375/phys_0005
DFG

Nunc me ad te converto

Vir perillustris atque excellentissime,
Iurium Doctor et Professor in hac alma longe meritissime,
Amplissimae facultatis juridicae decane spectatissime
Fautor omni pietatis cultu a me prosequende et suscipiende.

Illuxit tandem ille dies, quo tibi gratissimam meam mentem publice testari possum, id quod singularis tuus favor, cujus et hodie exstant vestigia quam evidentissima, a me postulat. Dum enim contra disputationem meam insurgere haud es dedignatus, gratias tibi debeo quam maximas. Scio equidem, mihi cum viro rem esse in omni eruditionis genere versatissimo, cujus amplae cognitiones hosce meos qualesquales conatus facile subvertere possunt, attamen tua humanitate fretus, tecum in arenam descendere audebo. Communica mecum itaque, si lubet, ea quae tibi in dissertatione mea displicuerunt, dubiorumque resolutionem primum a me, et deinceps ab excellentissimo domino praeside exspectes velim.

Vir perillustris atque excellentissime,
Iurium Doctor et Professor in hac alma longe meritissime,
Amplissimae facultatis juridicae Decane spectatissime
Fautor omni pietatis cultu a me prosequende et suscipiende.

Nihil mihi est reliquum, quam ut de tua nunquam non depraedicanda humanitate, qua dubia tua protulisti, tibi gratias agam quas possum maximas. Servet te, Deus ter optimus maximus in seros usque annos, cum tua spectatissima familia, salvum et incolumem, in hujus academiae florentissimae, nec non universae rei litterariae decus. Servet te, Vir excellentissime, in emolumentum lectissimae studiosorum juventutis, quae hanc Musarum sedem frequentat. Fac, ut Te jurisprudentiae placita acute suavissimoque dicendi genere explicantem audire, eis contingat, et ut cuique civium ad te tamquam ad sacram justitiae ancoram confugere liceat. Largiatur tibi, Vir clarissime, optimus rerum humanarum moderator vires, et arduo tuo muneri, et malis omnibus removendis aequales. Perge, me tuo favore dignum judicare, ego vero non intermittam, quin omni, qua par est, pietate et reverentia te prosequar atque devenerer.

Denique ordo te tangit, Vir praenobilissime atque doctissime, amice inter paucos dilectissime. Si quae unquam firma exstiterint amicitiae vincula, ea sane inter nos intercessisse impense laetor, cum mihi tecum fuerit pene germanitas. A teneris enim jam fuimus conjuncti, et amicitia nostra in Lyceo quod Vismariae floret stabilita, in academiis summum attigit fastigium, adeo ut nec sciam, quem tibi unquam possim praeferre, praesertim in alma Georgia Augusta nonsolum contubernio, sed eodem etiam convictu tecum usus sum, nosce tenuit copula tam arcta, ut nunquam tecum in gratiam redierim. Jam vero amicitiae tuae mihi perhibes complementum, dum sparta opponentis, tibi dilata

fungeris.

fungeris, eoque ipso eruditionis tuae mihi jam satis superque cognitae specimen edis publicum. Profer itaque, quae habes, dubia, eorumque solutionem amicam a me exspecta.

Vir praenobilissime atque doctissime
Amicorum dulcissime.

Tuos in jure profectus, praesens hic actus optime evincit, adeo ut mihi non opus sit laudibus tuis aliquid adjicere. Gratulor patriam de viro tanta eruditione praedito, gratulor parentes de filio eorum amore tam digno. Quod ad me attinet pro tuo mihi favendi studio, me semper habebis obstrictissimum, et persuadeas tibi velim, me semper talem futurum, qualem me hucusque habes cognitum, nullumque temporis spatium tui memoriam in me esse exstinctorum, at a te vero, ut mihi tuam amicitiam haud infucatam in posterum tibuas, neque amare pergas etiam atque etiam rogo et contendo.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862380375/phys_0008
DFG

Jam nil mihi est reliquum, nisi ut devotis precibus huic actui finem imponam. Ad te itaque, Omnipotens Deus, a quo initium hujus actus exorsus sum iterum supplex me converto, tibique devotissimas ex intimo iterum iterumque ago gratias, qui salutis meae auctor et fundator exstitisti, Tibi, inquam, foveo gratis, quod a prima mea infantia in hunc usque diem mihi fueris propitius, beneficiorum siquidem immensorum tuorum rivuli hodieque in me derivantur cumulatissime. Sis et porro, alme Pater, rerum omnium mearum opifex, moderator ac effector benignissimus, Dirigas omnes meas actiones, omnesque labores meos in tui nominis gloriam, et reipublicae emolumentum.

Serva et Deus ter optime maxime, potentissimum nostram regem Gustavum tertium, academiae hujus Statorem et nutritorem munificentissimum, una cum conjuge suavissima, in subditorum gaudium, ~~in~~ seros usque in annos salvam et incolumem, Stabilias ejus augustissimum thronum, et protegas eum adversus hostium omnium insultus, ut subditi ejus sub auspiciis grata pace fruantur quam diutissime.

Nec minus pro tua incolumitate, Celsissime Pomeraniae Proprinceps, et hujus academiae Cancellarie Magnificentissime, ~~ex~~ candido pectore jam fundo preces. Adspiret benignissimum numen omnibus tuis coeptis, ut omnia tibi fluant ex voto. Dirigat consilia tua in regis nostri clementissimi regnique ac patriae salutem, fortunamque tuam secundo semper cursu, sine ulla producat offensione, quo diutissime ac felicissime patriae nostrae supersis.

Ardentissima tandem vota mitto pro salute totius academiae, illustris omnium scientiarum et bonarum artium emporii. Faxit Deus ter optimus maximus, ut sit pietatis ac eruditionis seminarium uberrimum fertilissimumque, sit delubrum sapientiae atque justitiae sanctissimum, celeberrimorum denique ingeniorum mater foecundissima

Denique vobis, Magnifice, Dominus Rector, patresque academiae conscripti, Vobis hospites pro sua cujusvis dignitate venerandi, Viri generosissimi spectatissimi et praenobilissimi, vobis etiam commilitones suavissimi, Vobis inquam omnibus gratissimum animum profiteor, quod huic sollennitati gratiose et benigne adesse, loquenti animum reddere, et defectus pro ea quae in vobis est eximia humanitate excusare voluistis. Servet vos omnes summus rerum arbiter in corpore sano, et benedicat coeptis vestris, mihi autem ut vestram benevolentiam et amicitiam nullo non tempore indulgeatis, omni qua par est observantia rogo atque contendo.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862380375/phys_0009
DFG

Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862380375/phys_0010
DFG

DISSERTATIONIS IVRIDICAE INAVGVRALIS
DE

PRAEDIIS TERTIALIBVS

PARS PRIOR
CONTINENS
HISTORIAM ET SVCCESSIONEM

QVAM
AVCTORITATE AMPLISSIMI ET ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
PRAESIDE
VIRO EXCELLENTISSIMO AC CONSVLTISSIMO
DOMINO
CHR. NIC. SCHLICHTKRVLL
I. V. D. ET PROF. PVBL. ORD. IN REG. ACAD. GRYPHICA,
REG. CONSIST. ASSESSORE ET FACVLT. IVRID.
P. T. PRO - DECANO
PRO
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
CAPESSENDIS
D. XIV. OCTOBRIS MDCCLXXVII
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT
IOACHIMVS CHRISTOPHORVS BRESLACH
VISMARIENSIS.

GRYPHISWALDIAE
LITTERIS A. F. ROESE, REG. ACAD. TYPOGR.

[1777]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862380375/phys_0011
DFG

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

VIRO

ILLVSTRI AC EXCELLENTISSIMO

DOMINO

GABRIELI CHRISTOPHORO LEMBCKE

CONSVLI CIVITATIS VISMARIENSIS LONGE MERITISSIMO

NEC NON

VIRO

CLARISSIMO ATQVE CONSVLTISSIMO

DOMINO

IOANNI DAVIDI LEMBCKE

I. V. D. ET S. R. T. PROCVRATORI DIGNISSIMO

PATRONIS ET MECAENATIBVS SVIS

SVMMOPERE DEVENERANDIS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862380375/phys_0013
DFG

HASCE

QVALESQVALES SVORVM LABORVM PRIMITIAS

IN TESSERAM DEVOTAE SVAE MENTIS

P. D. D.



AVCTOR.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862380375/phys_0014
DFG

Romani bona principis patrimonialia appellarunt res principis privatas.
Bulengerus de vectigalibus populi Romani. c. 50. Choppinus de domanio Franciae. lib. 1.
p. 2. et ii praefectus erat omnes rerum privatarum seu privati patrimonii.
J. W. Goebel. Helmstädtische Nebenstunden. Band 2. p. 1.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862380375/phys_0016
DFG



PRAECOGNITA.

§. I.

Principi seu domino territoriali competunt in territorio iura bonaque patrimonialia et territorialia. Illa in dominio principis, qua priuati, sunt, et eorum vtilitatem, aeque ac quilibet priuatus bonorum possessor, dominus territorialis percipit. In hunc censum veniunt omnia bona acquisita, vel titulo vniuersali vel singulari. Non mirum itaque, principi etiam in haec competere liberrimum disponendi ius, vel inter viuos vel mortis caussa, adeo vt omnes conuentiones de iis initae, sint vel dominium translatiuae, vel non, iure meritoque subsistant, nec a quolibet revocari possint. Sed cum nulla sit regula, quae non patiatur exceptionem, largior etiam facile, casus adesse, vbi isthaec regula fallat. Scio enim non solum pacta familiae aliam constituere posse normam, sed in bonis etiam titulo vniuersali quaesitis distinguendum erit, vtrum bona isthaec quae iure

haeredis ipsi obueniunt, sint auiatica nec ne. Priori enim casu extra familiam ea alienare nequit, cuius conseruando splendori vnice sunt destinata. Quicquid autem ex horum reditibus lucratur valide et inconsultis agnatis alienare potest.

§. II.

Longe alia est ratio bonorum quae princeps iure territoriali possidet, quippe qui de iis ex liberrimo suo arbitrio disponere nequit. Simulac enim originem horum bonorum perspexeris, luce meridiana clarius apparebit, ius principi in ea competens, non valde discrepare a iure vsusfructus. Videbant enim gentes ad conseruandam dignitatem reipublicae et splendorem superioris sumtus fieri debere, sed non ignorabant, patrimonium principis oneribus hisce ferendis non sufficere. Aequitati autem naturali nil magis conueniens est, quam vt id, quod in omnium vtilitatem est impensum, omnium contributione resarciatur. Meditati ergo modum, quo id perfici posset, prolapsi eo, vt bona reipublicae propria assignarent principi, quorum reditus sustentando principi et ferendis oneribus ad tuendam beneque administrandam rempublicam necessariis adhiberentur, quam Domanii originem perhibent.

v. Seckendorf *im teutschen Fürsten-Staat* P. III. c. 1. §. 1. et 2.
Renatus Choppinus de domanio Franciae L. I. T. I. n. 2.

§. III.

Cum vero respublica sit perpetua, et mutatis licet membris, semper exsistat, perpetua et sunt onera ei conseruandae et tuendae conferenda. Quid mirum itaque, socios huius vniuersitatis e re sua esse

In alia omnia abit Grotius de j. bet. p: l. 2. c. 6. §11. sed pro me militat: Ziegler. in not: ad Grot: h. l. et Stryck. de salvo jure principis. c. 1. n. 30 seqq.
Grotii sententiam sequitur: Hornius. de civitate. l. 2. c. 10. §7. n. 7. sed contrarium docet. Gundling in schediasmate de oppignoratione territorii.

Vestigiis juris Romani secutus est pontifex, dum bona mensalia non voluit ullo tempore alienari, quibus autem merito aequiparantur domania, quippe quorum par est ratio ac bonorum mensalium, nimirum in utraque adest destinatio ad sustentandum superiorem, et impensas universitatis communes ferendas.
Quid quod si licita esset praescriptio, sane subditis male esset prospectum, qui contributione istud decrementum resarcire deberent.

F. Grotius de J. Bet. P. l. 2. c. 6. §11. hinc eorum alienatio non subsistit, quamvis juramento principis confirmata. c. 33. X. de jurejur: ibique Dd. Stryck de caut: Contr. S. 1. C. 3. §13. Stryck. de salvo jure principis C. 1. n. 26 seqq. Stephani de jurisdict: Lib: 2. P. 1. C. 1. M. 1. n. 1.
Vevizanus inter consilia Brunnemanni. Cons: 12.

b) Dissentit Werner. in observat: P. 4. obs: 5. n. 128. ubi bona domanialia per immemorialem praescriptionem praescriti posse autumat.

esse existimasse, principi nil nisi ius vtendi fruendi tribuere, sibi autem proprietatem reseruare. Exinde fluit restrictum admodum esse ius principis de iis disponendi. Non diffiteor equidem principi paulo ampliores conditiones concedendas esse ac simplici vsufructuario, eiusque ius ad vtile dominium proxime accedere, v. g. quod fundi faciem mutare possit, vbi vtilitas publica id suaserit, attamen semper iis debet vti frui, ne respublica exinde detrimenti quid capiat, et iuribus reipublicae tamquam proprietarii per omnia saluis.

§. IV.

Bona camerae cum ergo non sint in patrimonio principis, sed eorum proprietas penes rempublicam remansit, non potest princeps ea in alium titulo dominium translatiuo transferre, nemo enim plus iuris in alterum transferre potest quam ipse habuit. Sunt enim haecce bona, res extra commercium positae, acquiri et accipi vetitae, et ideo illorum alienatio ipso iure nulla erit et irrita *a*). Quid? possessor, praescriptionis exceptione opposita, non erit securus, quippe cum earum rerum nulla detur praescriptio *b*). Princeps enim alienans iure dominii est destitutus, et ipsa alienatio est factum saluti publicae noxium, ideoque subsistere nequit.

a) Mevius in Prodromo iurisprudentiae gentium. Consp. 5. §. 32. et Bodinus de republica L. 6. C. 2. n. 640. sqq. F

b) L. vlt. C. Ne rei dominicae vel templorum vindicatione. L. vlt. C. de fundis et saltibus rei dominicae. Schoppach. *Einleitung zum* iure ciuili. L. 2. T. 6. §. 30. Steins *gründliche Abhandlung des Lübschen Rechts*. L. 1. T. 8. §. 5. P. 2. pag. 9. edit. de 1741. 2. F. 55. Myler ab Ehrenbach. Nomologia. C. 9. § 4.

id quod Dd etiam ad principatus haereditarios et dynastias Germaniae trahunt. Heigius quaest: illustr: L. 1. quaest: 19. n. 4.

§. V.

Futut difficilime
Ziegler de dote ecclesiae C.12. § 6 seqq.
Sande de prohib: rer: alienat:
P.1. C.6. § 4. n.27.

§. V.

Fateor equidem domania posse alienari, veluti in casu vrgentis necessitatis publicae. Salus enim publica suprema est lex, et bona haec sunt communi vtilitati dicata, in eo ergo casu, si nullo alio modo imminens periculum averti potest, tunc alienatio est permissa, et iure meritoque subsistit. Sic etiam notissimum est, domania alienari posse consensu omnium quorum interest. Si enim status provinciales, qui ipsam rempublicam repraesentant, vel in territoriis, vbi statuum auctoritas valde est infracta, successor commodis reipublicae alienationem inseruire ducunt, et consensum impertiunt, tunc alienatio domaniorum licite fieri potest. Inconsultis vero statibus, et successore, si quis domania extra casum necessitatis vrgentis acquisiuit, sit vel titulo oneroso vel lucratiuo, successor non est obligatus factum antecessoris praestare, nisi probata versione in rem, sed potius quocunque tempore domanium inique alienatum reuocare potest.

a) C. Ziegler de iuribus majestatis L. 1. C. 4. §. 28.

In terris Brandenburgicis omnis differentia inter domania et bona statullae sublata est, et quaelibet nova bona acquisita incorporata sunt ipso iure domanio.
edictum Friderici Wilhelmi d.d. Berlin d. 13 Aug. 1713.
de Ludewig. Gelehrte Anzeigen Tom. 1. pag. 105 seqq.

CAPVT I.

F non vero privatae principis ipsius vel ejus familiae.
Stryck de salvo jure principis C. 1. n. 38.

Sufficeret hoc casu dummodo alienatio a majore Ordinum parte fuerit approbata. Nevizan: l. c. Consil: 12. n. 157 seq. Menoch: Consil: 426. n. 28. Non enim solent res arduae sine Ordinum aut omnium, aut majoris partis consensu expediri, quod vero major pars approbat ab omnibus probatum censetur. Seidel. de sacro domaniorum jure. Assert. 12. n. 1. modo adsit justa alienationis caussa, alias enim successor alienata recte revocat. Joh: a. Sande. de prohibita rer: alienat: c. 6. § 4. n 21. Stryck. de C.C. S. 1. C. 3. § 14 p. 34.

Id quod probat. Brunnemann Consil: 1. tot: Nevizan: inter Consil. feudalia Bruni Consil: 12. n: 157. seqq: Cautum et est Recess: provinc: Marchico de a 1550. quod integer contractus sit nullus, et res cum fructibus sine refusione pretii restituenda. Stryck de C.C. S. 1. C. 3. § 13. p: 33 seq:
Seckendorff im Teutschen Fürstenstaat. P. 3. C. 1.
Bruckner de domanio Regn: German: sub fine.
de Lyncker. Resp. 2. n. 13.
Seidel de sacro domaniorum jure. Assert: 11.

Duces Pomeraniae e regio stemmate esse oriundos perhibet Micraelius sed meam sententiam tuetur. Auctor des greifswaldischen Wochenblatts. Stücs. 38. (A. de Balthasar)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862380375/phys_0024
DFG

CAPVT I.

DE HISTORIA PRAEDIORVM TERTIALIVM.

SECTIO I.

STATVS BONORVM DOMANIALIVM SVB DVCIBVS.

MEMBRVM I.

Ante factam infeudationem Pomeraniae seu ante 1181.

§. I.

Duces Pomeraniae e proceribus populi electos primum possediſſe bona allodialia, seu patrimonialia ipsis, qua priuatis, competentia, ex quorum reditibus sumtus pro tuenda dignitate et splendore principis commode satis erogari poterant, praesertim quum sub Suantiboro terrae a Vandalis armis captae allodio huic accederent, communis est opinio. Sed, mutato rerum statu, et luxu crescente, haecce bona non sufficiebant, ideo et Pomerani, aliarum gentium imitati exemplum, suis ducibus quasdam dedere territorii particulas, quibus vtantur fruantur ad impensas in communem reipublicae vtilitatem faciendas ferendum. Ista autem bona sustentando principi et ferendis oneribus communibus e patrimonio reipublicae destinata, domania principis erant, quae ergo et naturam domaniorum sequi debent, dum nullibi inuenio principibus nostris plus iuris in his esse concessum, quam ratio domaniorum postulat.

§. II.

Domania licet ab initio exigua fuerant, ſucceſſu temporis ingraueſcens luxus et tuenda respublica maiores poſcebat ſumtus; quo factum vt ea et maxime ſint adaucta. Principes autem, ignaros quae ipſis competerent allodia, domania cum bonis ſuis patrimonialibus commiſcuiſſe, et idem de his quam de allodio ſuo ſibi vindicaſſe arbitrium, fertur. Evenit itaque ſaepenumero vt duces domania, quorum proprietas tamen penes rempublicam remanſerat, etiam extra caſum neceſſitatis et vtilitatis publicae, donati, emti venditi titulo, vel pignoris iure ad priuatos, inconſultis ſtatibus prouincialibus, transferrent.

cfr. *Greifswaldiſches Wochenblatt von allerhand gelehrten und nützlichen Sachen von 1743. Stück 38-41.*
A. G. Schwartzens Pommerſche Lehnshiſtorie paſſim.

MEMBRVM II.

Poſt factam infeudationem Pomeraniae ſeu poſt 1181.

§. III.

Quum vero Pomerania arctiori cum Sacro Romano Imperio iungeretur vinculo per oblationem in feudum Friderico Barbaroſſae in caſtris prope Lubecam a Bogislao I. et Caſimiro I. factam, aliae etiam oriebantur obligationes circa diſpoſitionem bonorum a principe conſiderandae, et alienationes bonorum, quae iam nexu feudali eſſent data, non niſi requiſito Caeſaris, tamquam domini directi, et accedente agnatorum conſenſu, valide fieri poterant. Sed nihilominus principes non intermiſere, quin domania quocunque titulo abalienarent. Quid? immodici eorum ſumtus et profuſae largitiones maximam bonorum do-

In Pomerania advenere hae familiae e Saxonia, secundum Eichstädt. l. c. 1188., Micraelius contendit L. 6. n. 42. annum 1189, et Frietebarn in chronico Sedinensi ~~1187~~ L. 1. p. 37., annum 1187.

mania-

annus infeudationis Pomeraniae incertus est: annum 1181. perhibent
Valentin ab Eichstädt in annal: Pomer: Mspt: ad ann: 1181., Micraelius in histor: pomeraniae Lib: 2
n. 90. de Schwartze. in historia fin: Rugiae. ps. 883.
annum 1182. defendunt.
de Buneckow im Leben des Kayrers Friedrichs I. id quod inde vero similius est quia imperator
Fridericus nondum 1181 in castris prope Lubecum adfuerit, quem sequitur de Schwartze in der
Pommerschen Lehnshistorie. p. 113.

Mevius. Cons: 38. n. 41. seqq: Stryck. de feudis Pomeranicis. C. 1. §1. Cranzii
Vandalia. L. 6. c. 14. Micrael: vom alten Pommerlande. L. 2. p. 261. §. da also
der König von Dännemark.

Permultas enim familias e Saxonia in primis Brunsvicensi regione vocabant ad colenda desolata rura, quibus multas
terras dederunt. de quibus cfr: Anonymi Chronicon Pomeraniae. quod refert Tornow de Feudis
Meclenburgicis. P. 1. C. 1. §6. p. 111. his verbis: weiln, wie gedacht, diese Lande von Leuten sehr
entblößt, so haben die Fürsten aus andern Städten, Teutsche und Sachsen verschrieben, ihnen
nicht allein vergönnet Städte in ihren Landen zu bauen, sondern auch denenselben andere
grosse Freyheiten nach Teutscher und Sächsischer Art gegeben, darauf denn nicht allein
viele Bürger aus denen sächsischen Städten, sondern auch viele von Adel, deren Geschlechte
noch auf den heutigen Tag in grossem Ansehen und gutem Vermögen seyn, sich herein bege-
ben, welchen die Pommersche Fürsten Herzog Bugislav und Casimir hin und wieder
wüste Feld Marcken eingethan und verliehen, diese haben sächsische Bauern mit ins Land
gebracht, solchergestalt Höfe und Dörfer angebauet, den verwüsteten Acker wieder begatet, und
also das Land wieder in baulichen Stand gebracht.
De adventu horum populorum e Westphalia Saxonia et Frislandia in Megapoli et regionibus adjacentibus agit.
Helmold in Chronico Slavorum. L. 1. C. 57, L. 1. C. 91. n. 1, L. 2. c. 2. n. 6. L. 1. C. 88. n. 2. L. 2. C. 14. n. 4.
quem refert. Historisch. diplomatische Abhandlung von dem Ursprunge der Stadt Rostock. Gerechtsame und
derselben ersten Verfassung in weltlichen Sachen bis ans. Jahr. 1358. (Rostock. 1757. fol:) Abschnitt. 2. §5. p. 18. seq:

manialium absumebant partem *a*). Status vero suo non defuere officio, sed semper alienationibus hisce contradixerunt, quae tamen, ob restrictum ius principis de domanio disponendi, inauditis statibus licite haud fieri poterant.

a) Quantus fuerit principum donandi pruritus, et quomodo bonis sint abusi, vel ex eo colligi potest, quod status in comitiis prouincialibus Anclamensibus d. 7. Maji 1589. ducem Ernestum Ludovicum promittere curarint: *Er wolle die ungewöhnliche, übermässige, unnöthige Deputate, Gnadengelder, Ausstewer der Jungfern, Diener und Mägde, wie auch andere Verehrungen, wenn sie verschicket, verreichet würden, endlich abschaffen und hinferner unterlassen* etc.

§. IV.

Sed nec monita nec contradictiones statuum prodigalitati principum obicem ponere valebant, vltimum ergo refugium ipsis ad Imperatorem patebat. Annuit et precibus eorum Caesar, id quod mandata prohibitoria, annullatoria et cassatoria satis superque demonstrant. Emanauit enim iam a Carolo IV. anno MCCCLVII. mandatum prohibitorium, ne principes domania, nullo Caesaris et agnatorum consensu praeuio, alienarent, alienationes hae nullae sunt insuper declaratae, et cuique successori alienata reuocandi ius est tributum, non restituto emtori pretio soluto. Eiusdem tenoris et sunt diplomata Sigismundi de anno MCCCCXVII, et Caroli V. de MDXLI, Ferdinandi I. de MDLIX, *a*) et Maximiliani II. de MDLXXV. *b*). Quae cum ita sint, lucide apparet alienationibus hisce non solum ab antiquissimis inde temporibus fuisse contradictum, sed et poenam nullitatis hisce actibus esse impositam, et successori cuilibet ius reuocandi ista bona domanialia inique alienata mansisse saluum.

 a) Ex-

a) Extractum horum mandatorum suppeditat scriptum, occasione reductionis editum, quod inscribitur: Gryphes in integrum restitutus ope Leonis. 1693. fol. recusum in Frisii corpore iuris domanialis. P. VI.

b) Exstat apud Virum Clarissimum et Fautorem summopere deuenerandum. I. C. Dähnert *in der Sammlung Pommerscher und Rügischer Landesurkunden* T. I. p. 929.

§. V.

Principes quidem, se omissuros in posterum istas alienationes, pacto sunt adstricti *a*), et se reuocaturos domania ab antecessoribus alienata, nonnunquam promisere, statusque saepius declararunt, reditus camerales valde attenuatos restaurandi vnicum esse remedium vt domaniorum, quae tertiam fere totius prouinciae conficerent partem *b*), camerae iniuste extortorum fieret reductio *c*), attamen eorum reuocatio, saepius licet decreta, perfici haud potuit. Multa enim obueniebant, quae fini huic obtinendo summo essent impedimento *d*).

a) cfr. *Erbvertrag d. 8. Febr. 1541.* cuius mentionem facit. Schwartz *in der pommerschen Lehnshistorie* p. 783 et 836.

b) Mevii delineatio status Pomeraniae C. 19. pr.

c) Inter alia huius rei testimonia exstat. Rec. Provinc. Sedinensis d. 28. April. 1600. (apud Celeberr. Dähnert l. c. pag. 903.) vbi disertis verbis legitur: *Die Stände hielten dafür, es würden zu Ersetzung des Abgangs der Fürstl. Intraden die veräusserten Kammer- und Tischgüter repetiret.* Addito etiam hoc: *es gedächten auch die Alten, dass in diesen Landen hiezuvor dergleichen Exempel auch vorgewesen, insonderheit bey Herzog Barnim des Aeltern Zeiten, da die Tischgüter zuförderst eingenommen*, simulque modum suadent quo reuocatio commode peragi posset.

d) Ex

Deputati Pomeraniae petierunt in congressu Pacis Westph: mediante memoriali de 1646 d. 28. Decbr. ut instrumento pacis Osnabrug. insereretur:

bona ad publicum principis patrimonium pertinentia atq statum ducalem et onera regiminis ferenda destinata, a S.R.M. Sueciae autem pro tempore inter officiales regios distributa, quo illa absq subditorum gravamine exinde sustinere possint in pristinum restituantur usum.

Meyer Acta pacis Westphal: Tom: 3 pag 785.

Engelbrecht delineatio stat: Pome: in appendice. pag: 17.

d) Ex donatione vel emti venditi titulo isthaec bona enim, quoad maximam partem ad proceres prouinciae peruenerant, et eorum reuocatio multis sane familiis exitium parasset, quae ideo omni studio operi huic laudabili reniterentur.

SECTIO II.

STATVS BONORVM DOMANIALIVM POST PACEM WESTPHALICAM.

§. VI.

Ea fuit rerum conditio, cum, Bogislao mortuo, ducum Pomeraniae gens exstingueretur, et finito bello tricennali, in pace Westphalica coronae Sueciae Pomerania cum omni iure, quo duces eam habuerant, incoluerant, rexerant, in satisfactionem sumtuum bellicorum et remunerationem cederetur. Quae cessio minime est facta in statu quo tunc temporis fuit Pomerania, sed omnia iura quae ducibus competebant, in coronam Sueciae, quae titulo singulari successit, sunt translata, id quod ex ipso Instrumento Pacis satis superque elucet, cum in omnibus casibus, vbi status praesens est confirmatus, semper tam perspicue loquatur, vt expressis verbis stabiliat: maneat res vti nunc est. v. g. Art. 10. §. 8. Quid? regina Sueciae sibi prospexit, vt in dicto I. P. W. non obligaretur ad facta ducum praestanda, et omnia iura et priuilegia statibus promiscue confirmanda, sed promisit ea tantum, possessoribus bona iura et priuilegia legitime acquisita vel longo vsu obtenta confirmare. Ex hoc ergo sequitur prono alueo, coronae Sueciae saluum remansisse ius reuocandi bona domanialia inique a ducibus alienata, quippe quae sua natura inalienabilia adeoque inacquisibilia et extra commercium sunt posita, et per consequens sub

iis bonis et iuribus, vi I. P. confirmandis, non sunt comprehensa, cum in d. a. 10. §. vlt. confirmatio ista expresse ad legitimum acquisitionis titulum restringatur.

§. VII.

Terra belli iniuria exusta, et incolae ad incitas fere redacti non potuere magnos erogare sumtus ad alendum principem eiusque tuendam dignitatem. Status ergo modum meditati, quo isthaec onera in communes vsus conferenda minime in exitium totius prouinciae vergerent, huic fini obtinendo maxime inseruire sunt rati, vt bonorum domanialium tempore ducum alienatorum, quae tertiam prouinciae conficerent partem *a*), reuocationem summopere efflagitarent, spemque fouebant certissimam, reginam hisce suis precibus non defuturam. Datum et deputatis MDCLIII. Holmiam missis, inprimis hoc negotium, vt omni studio reductionem horum bonorum peterent, quae tamen non est subsequuta. Euenit enim, vt Christina Suecorum regina, pio zelo vel blanditiis circumuenta, domania tam regni quam Pomeraniae et ducatus Bremensis pro arbitrio abalienaret, quo factum, vt nullum fere restaret reipublicae patrimonium, quod non titulo lucratiuo vel oneroso ad priuatos peruenisset, et respublica omnibus fere bonis esset destituta, ex quibus alias communes sumtus ad tuendam beneque administrandam rempublicam necessarii erogarentur.

a) cfr. *Pommerscher Landstände Schreiben an die Königin Christina den 30. März 1652.* verbis: *Die Erhaltung ihrer vorigen Freyheit Vermehr- und Wiederbeybringung der Fürstl. Kammer Intraden, als welche durch den Abgang der Fürstlichen Aemter, so fast den dritten Theil des Landes ausmachen, gar erloschen* etc.

§. VIII.

Das Leben der Königinn Christina beschreibt J. M. Schroeckhin der allgemeinen Biographie.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862380375/phys_0035
DFG

Totum abdicationis actum describit: Puffendorf: histor: Suecicae L. 26. §19 sqq:

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862380375/phys_0036
DFG

§. VIII.

Longe aliam vero res induebat faciem, dum Christina regno se abdicaret, et Carolus XI. rerum potiretur, cui id praeprimis curae cordique fuit, vt reditus camerae magnopere diminuti ad pristinam redigerentur formam. Stabilitum enim jam in Recessu abdicationis d. 4 et 6 Iunii 1654. art. 3. *a*) vt donationes domaniorum priuatis factae nullae sint atquae irritae, exceptis bonis quae Sundia possideret, et academiae Gryphiswaldensi essent donata. Haecce autem bona reginae sunt assignata, vt ex eorum reditibus pro dignitate Romae sustentaretur. Prospectum autem possessoribus, qui jure pignoris possiderent, vel bona ista a donatariis, requisito prius consensu regis, emissent, ne ii prius recedant, quam ipsis de pretio dato fuerit satisfactum. Data et eum in finem commissariis immittendo reginam in possessionem bonorum ipsius sustentationi destinatorum constitutis, d. 15 Iulii e. a. instructio *b*), vi cujus revocarentur statim omnia domania pure a Regina donata cum inventariis, quae tempore factae donationis exstiterant tamquam regni propria. Ratione autem oppigneratorum vel cum consensu regio a donatariis emtorum bonorum, sancitum, vt in omnibus tenor recessus abdicationis accurate obseruaretur.

a) Extractum hujus recessus communicat. clariss. Daehnert l. c. pag. 940.
b) cfr. Idem. l. c. pag. 942.

§. IX.

Quod ad bona ante Pacem Westphalicam alienata attinet, eorum reductio non quidem statim est facta, sed possessores remaneant in quieta eorum possessione, vsque dum rex statueret quomodo ea sit peragenda *a*). Ex hoc ergo apparet, regem non renuntiasse juri suo

isthaec

isthaec bona reuocandi, sed eorum reductio tantum est in aliud opportunius tempus dilata.

a) cfr. rescriptum regium commissariis datum d. 7. Sept. 1654. (in Gryphe in integrum restituto, seu corpore juris domanialis P. 6. p. 88.) verbis *ist hiemit unser gnädigster Wille und Befehl, dass ihr mit der immission in obspecificirte, nemlich die* ante P. W. *abalienirten Güter nicht verfähret, sondern damit so lange einhaltet, und die jetzigen Possessores bey ruhigen Besitz derselben lasset, bis unsere anderweitige endliche Erklärung darüber bey euch einkommen wird.*

§. X.

Status deinde d. 8. Sept. e. a. regem adiere, respectu reductionis generalis poscentes, ne possessores quibus jus litteris et sigillis ducum munitum in bonis competeret, dejiciantur prius, quam ipsis plenarie fuerit satisfactum, vt status liquidationi adhibeantur, et creditoribus ducum ex bonis ducum patrimonialibus eorumque fructibus soluatur. Rex et annuit eorum precibus, prout videre est ex decreto d. 9 e. m. Quid? emanavit et resolutio regia d. 1. Martii 1655. vi cujus rex reductionem, quae instaret, approbauit, addito tamen hoc monito, vt status videant, quomodo bona ducum mensalia nexu aeris alieni liberarentur, et debita ex bonis jam reductis et alendae Christinae destinatis soluerentur.

§. XI.

Confici curauit dein rex ordinationem reductionis d. 25. Iunii 1655 cujus §. 23. statuebat, vt reductio in omnibus omnino prouinciis regno Sueciae subjectis, secundum cujusque prouinciae formam institueretur. Licet vero jam summo id ageretur studio, vt domania revocarentur, attamen res perfici haud potuit. Inter alia enim impe-

dimenta

§12.

Testatur id. L. B. de Puffendorf. Einleitung in die Geschichte des Reichs Schweden (Francf: et Lips: 1750. 8) pag: 833. addito hoc quod reductio etiam regalium sit decreta quorum reditus summam 600 thalerorum excedant, sed revocata etiam sunt bona, quorum reditus non explerent 600 thalers:

dimenta, euenit, vt bellum cum regibus Poloniae et Daniae exortum maximam partem regiae sollicitudinis absumeret, ideoque omnia respectu formae internae regiminis peragenda ab exitu hujus belli penderent. Ne autem omnis spes futurae reductionis decollaret, rex variis resolutionibus d. 15. Iulii 1664, 1669, et d. 25 Aprilis 1679 datis, statibus se curaturum promisit, vt decrementum per cessionem bonorum Christinae factam statui illatum, alio modo resarciatur, vsque dum reductioni ipsi domaniorum manus commode admoueri queant.

cfr. *Greifswaldisches Wochenblatt.* l. c. *St. 39.*

§. XII.

Tandem in receſſu comitiali regni Suecici d. 12 Nov. 1680. reductio praediorum donatorum decreta et adprobata. Regina vero respectu praediorum ipsius sustentationi destinatorum emisit litteras in forma patente Romae d. 1. Marti 1681. *a*) quibus omnes donationes et concessiones e domaniis reservatis a tempore abdicationis inde factas annullauit, possessores etiam, qui, se praedia haecce titulo emti vel ex contractu esse adeptos, probatum dare nequirent, illico cum inventariis omnibusque pertinentiis nec non reditibus anni 1681. ea restituere voluit obligatos. Subsecuta est has litteras alia reginae declaratio d. 7. Nov. 1681. *b*) respectu possessorum qui titulo hypothecae vel ex litteris a regina subscriptis possiderent, vi cujus regina notum fecit, se nunquam ex bonis sibi reseruatis quaedam donasse, aut pignoris jure vel pecunia accepta ea concessisse, sed omnia ex gratia sua esse abalienata, se itaque velle, vt etiam illa bona, prouti receſſu comitiali regni Suecici esset constitutum, renocarentur, omnesque lit-

terae conceſſionis, quocunque et titulo confirmatae, nullae eſſent atque irritae.

a) Apud Daehnert. l. c. p. 948. ſeq.

b) Idem. l. c. p. 949. ſeq.

§. XIII.

Hiſce peractis, reductio domaniorum generalis inſtitui poterat, cui promouendae et rex ſummopere ſtuduit. Publicata enim jam Holmiae d. 9. Decembris 1682. ordinatio reductionis, et commiſſarii ſunt conſtituti, qui ex praeſcripto regio, ſubordinati collegio camerali regni ſuecici, quilibet in certa prouincia domania alienata reuocarent. Initium capiebat reductio in Liuonia, et commiſſioni huc delegatae praefectus eſt proprinceps Liuoniae Comes Robbertus Lichtonn. Comitatus et dynaſtiae primum reuocati, et nobilibus vel aliis locati ſunt, Deinceps reuocata ſunt praedia nobilium, et vi decreti commiſſionis datum eſt poſſeſſoribus feudorum, poſt concluſum Norcopingenſe donatorum ſed a primo acquirente aliis venditorum vel oppignoratorum, decem annorum ſpatium, quo ipſis de pretio emti vel pignoris ex reditibus feudi ſatisfieret. Sed reuocata haecce praedia nobilium illorum poſſeſſoribus ſunt locata.

cfr. Kelchii Chronicon Liuoniae, pag. 613 et 614 in Friſii Corp. Iur. Doman. P. 6. pag. 17.

§. XIV.

Iam reductio in Eſtonia inchoata a Commiſſariis L. B. de Thiefenhuſen et Carolo Bonde, qui et praedia publicis vſibus olim deſtinata reuocarent. Nobiles quidem huic operi admodum ſunt reniſi, vi priuilegiorum ſuorum freti, ſed miſſa demum omni proteſtatione per depu-

1604. ubi Carolus IX. electus est rex et successio stabilita. Pufendorf: l.c. p. 531. seq.
De trono dejecto Sigismundo tanquam religionis pontificiae adsentatore, et regnante tronum Joanne
Sigismundi filio in favorem patrui Caroli IX.
cfr: Prof v. Dalin. Geschichte des Reiches Schweden. P.3. T.2. C.19. §34. seqq. p. 408 seq:
ibique allegati.

cfr: et Pufendorf: l.c. p. 845.

Memoriale prius regi exhibuerunt, quod autem terminis adeo durus erat compilatum, ut
ipsis in crimen laesae majestatis sit versum, et consiliarii provinciales Livoniae in carcerem
detrusi, ad ultimum sunt condemnati, publicatis omnibus eorum bonis, supplicium, quibus
autem rex in agone constitutus indulgeret veniam. Patkul vero auctor hujus scripti,
effugit, sed condemnatus, ut ipse, simulac ejus in territorio Sueciae haberi possit copia, fama
bonis et vita privaretur, quae sententia et a Carolo XII. executioni est data.
Pufendorf: l.c. p. 846.

deputatos Holmiam missos tantum efflagitarunt, ne obligarentur ad restituendos reditus, qui ex bonis reductioni obnoxiis per aliquot jam annos camerae regiae debuerant. Obtinuere et hoc, ea tamen lege, vt omne armentum cujusque praedii et supellectile ad instrumentum rusticum pertinens, jure dominii in posterum in praedio remaneat. Sed et hic praedia reuocata possessoribus pro aequo pretio sunt locata, et deinceps ex mera regia gratia tertia pars pretii locationis ipsis est remissa, nec non per constitutiones regias definitum, quomodo descendentes et posteri eorum hoc beneficio tertiae gauderent.

cfr. Idem Kelchius l. c. pag. 616. seq. in Corp. Iur. doman. l. c. pag. 17 seqq.

§. XV.

Eadem fata subiit ducatus Bremensis, vbi et vi resolutionum regiarum ad collegium regiminis Bremensis et Verdensis d. 10. Sept. 1683. et d. 10 Mart. 1687. datarum domania vindicata. Quarum prima in §. 29. definit, quae bona essent reuocanda. Addita autem est exceptio respectu bonorum ecclesiasticorum, ne ea, quae ante P. W. a Capitulis legitime essent aut plane alienata aut oppignorata, reuocarentur. Respectu bonorum a primo acquirente ad alios translatorum sancitum, vt emtor tam diu in quieta possessione remaneat, donec ipsi de pretio soluto fuerit satisfactum, modo confirmatio regis vel ejus anteceſſorum ad istam alienationem accesserit. Altera vero resolutione hoc extensum eo, vt omnia bona prius donata quam ducatus regno Sueciae sit cessus, nec non ea in quibus ante factam donationem vel venditionem regis vel anteceſſorum praeuius fuerat consensus, a reductione sint exemta, non vero ea, ad quorum alienationem consensus tantum ex post fuerat subsecutus.

cfr. *Greifswaldisches Wochenblatt von 1743. St. 39. p. 311. n.*

§. XVI.

Iam vero in eo erat, vt reductio in Pomerania et Rugia saepius decreta initium caperet. Obmouerunt autem status multa, quibus isthoc diu exoptatum negotium, tamquam permultis familiis exitiosum, protraheretur. Prodiere eum in finem varia scripta, tam justitiam quam injuriam reductionis ostendentia *a*). Sed frustraneus erat hic statuum conatus, potius anno 1688. manus huic operi sunt admotae, et collegium reductionis in Suecia constitutum litteras d. 24. Iulii. Holmiae ad Proprincipem Pomeraniae Bielcken dabat, vi quarum iste bonorum mensalium Pomeraniae numerum, jura et reditus catastris publicis accurate designari curaret. Emanarunt et eodem adhuc anno litterae regiminis *b*) quibus omnes qui domania titulo emti vel hypothecae possiderent, jus in bonis competens in alios transferre prius prohiberentur, quam liquidatio coram commissione lustrationis fuerit facta.

a) Haec plena manu exhibent: Apparatus historico diplomaticus. 3. *Ausfertigung n. 3. p. 8.* nec non *Greifswaldisches Wochenblat.* p. 311. †

b) *d. d. Alten Stettin d. 8. Octob. 1688.* apud Daehnert. l. c. pag. 950.

§. XVII.

Hisce litteris regiminis oppositum jam mense Decembris a statibus memoriale, in quo maxime vrgerent, se commissioni huic esse adhibendos, possessores jure irrevocabili in isthaec praedia gaudentes a reductione eximendos, eos qui jure dominii vel antichretico domania possiderent ex legibus germanicis et patriis non teneri ad reddendas fructuum perceptorum rationes, eos potius in possessione tuendos, vsque dum ipsis plenarie solutum vel res judicata fuerit subsecuta, praesertim

+ quibus tantum addo. Esaiae L. B. de Puffendorf. Bedenken über die reduction der Krongüter in Pommern.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862380375/phys_0047
DFG

fertim cum Licentae in Pomerania et Megapoli ad soluendum aes alienum, pro quo domania essent obligata, regi essent assignatae. Adiere idcirco Commissarii regem d. 24. Apr. 1689, exploraturi quae fata jam subirent domania Pomeraniae.

§. XVIII.

Sed eodem anno mors Christinae intervenit, qua domania ei sustentandae destinata, regno aperirentur, quorum possessionem rex illico adprehendebat. Quod ad reliqua domania attinet commissio reductionis Suecica cum rege d. 5. Nouembris communicabat ea, quae reductioni in Pomerania instituendae essent impedimento. Proposuit et eadem d. 7. Ian. 1690 regi quaestiones: Quatenus reductio bonorum tempore Ducum alienatorum pactis publicis sit conformis? et, vtrum reuocanda sint domania secundum recessus comitiales regni Suecici, an secundum constitutiones Pomeranicas? Responso collegii cancellariae d. 28 Febr. 1690. res est decisa: nimirum, hanc reluitionem pactis publicis haud esse contrariam, et possessores qui jus in domania a regibus Sueciae essent consequuti coram commissione reductionis Suecica, eos autem quibus jus competeret ex voluntate ducum coram commissione in Pomerania instituenda jus suum experiri debere.

§. XIX.

Nominabat dein commissio Suecica d. 10. Mart. quosdam, qui ad perficiendam ipsam reductionem in Pomeraniam essent delegandi, et conducere omnino existimabant, committi Proprincipi Bielcken et praefecto prouinciae de Falckenberg vt a possessoribus edi titulum curarent

rarent, id quod rex d. 5. Aprilis suo dignatus est applausu. Datum postea est domino de Falckenberg hoc negotium expediendum per decretum commissionis d. 21. Iulii, et collegio cancellariae iniunctum d. 22. e. m. omnes conuentiones, recessus et resolutiones, quae huic operi inseruire viderentur, cum eo communicare.

§. XX.

Confecta iam est instructio a dicto praefecto prouinciae obseruanda, quae a rege approbata d. 14. Augusti ipsi est tradita *a*). Non cessabant autem statuum molimina hanc reductionem impediendi. Deputati enim ad regem missi, in memoriali d. 3. Aprilis 1691. rogabant, vt possessores omnes in Pomerania secundum leges prouinciales patrias diiudicarentur, et haec res communi consilio prius in comitiis prouincialibus tractaretur. Sed nihilo minus dominus de Falckenberg rem commissam feliciter est exsecutus, vti videre est ex eius relatione ad regem de Kongsöhr d. 20. Iul. 1691.

a) Exstat apud Dähnert l. c. p. 951.

§. XXI.

Commissio reductionis in Pomerania instituendae iam est ordinata, et senatoribus regiis G. A. de la Gardie et Proprincipi Nils Bielcken, Comiti Jürgen v. Mellin nec non H. A. de Normann et consiliario regiminis B. C. de Jägern obuenit commissariorum sparta, quibus M. a Lagerström ab epistolis erat. Data et his est instructio d. 9. Martii 1692. quae partim modum procedendi determinat, partim discrimen bonorum reuocandorum, et ipsam reductionem secundum

has

has distinctiones docet *a*). Subsequutum etiam rescriptum regium d. 22. Iul. ad commissionem reductionis Pomeranicam, vi cuius reuocatio praediorum a Christina alienatorum coram eadem hac commissione institueretur et diiudicaretur.

a) Exhibet eam Dähnert l. c. p. 953. sqq.

§. XXII.

Incepit iam mense Septembris commissio ea peragere quae ipsi erant demandata, quippe quae Sedini suas inchoabat sessiones, quibus vt adessent status per litteras d. 19. Octobris rogati. Hi autem comparere detrectarunt, rationes potius de praediis ante P. W. alienatis non reuocandis tradidere, quibus et respondit d. 12. Decembris actor regius *a*). Acute hic probauit iustitiam reductionis ex natura cessionis Pomeraniae, regno Sueciae factae, cum omnia iura ducum, per consequens etiam ius reuocandi domania inique alienata, in Sueciam sint translata, et I. P. W. tantum confirmet statibus iura et priuilegia legitime acquisita vel longo vsu obtenta, in quorum censum tamen haud veniunt domania sint vel titulo lucratiuo vel oneroso acquisita, quippe quae res extra commercium sunt positae, extra casum vrgentis necessitatis publicae et consensus statuum alienari vetitae. Ostendit dein, possessoribus non competere exceptionem praescriptionis, quia alienationibus his semper fuerit contradictum, inter principes eorum reductio conuenerit, eaque in comitiis prouincialibus decreta, et saepius a statibus fuerit efflagitata. Nec proficere iis rescripta ad collegium regiminis Bremensis data, ob diuersitatem principatuum et constitutionum particularium, et Licentas non esse cessas in compensationem domaniorum alienatorum, sed sumtuum bellicorum, qui

plena-

plenarie ex domaniis conſeqni haud poterant, exinde autem minime ſequi, ius reuocandi domania regi eſſe ademtum.

a) Haec ſcripta hinc inde ventilata exſtant in Gryphe in integrum reſtituto ope Leonis, de quo vide *das Greiffswaldiſche Wochenblatt* l. c. p. 322. ſq.

§. XXIII.

Nihilominus tamen reductio perficiebatur. Commiſſariis autem multi obueniebant caſus, quorum deciſio ardua ſane erat et grauiſſima. Praeſertim §. XIII. memoratae inſtructionis (§. XXI.) diſertis verbis ſtatuebat: quod poſſeſſorum, quibus cultura praediorum iam reuocatorum curae cordique fuerat, in eorum locatione praecipue habeatur ratio. Ideo litteris d. 19. Decemb. datis regem adiere, voluntatem eius hoc caſu exploraturi, qui et reſolutione d. 12. Januar. Holmiae emiſſa *a)* declararet, ſe velle: ne poſſeſſores praediorum cum conſenſu Caeſaris alienatorum iam dejiciantur, ſed maneant in poſſeſſione, vsque dum ipſe alia iuberet, et vt ii, qui ſummo ſtudio praedium coluerant, nulla habita ratione vtrum ex decreto commiſſionis Suecicae, an Pomeranicae praedium amiſerant, prae reliquis potiſſimum conſtituantur praediorum conductores.

a) cfr. Daehnert l. c. p. 958.

§. XXIV.

Solamen autem in eadem hac reſolutione additum poſſeſſoribus decreto commmiſſionis ejectis, quod praedia reuocata, quorum reditus ſummam 1500 thalerorum non excederent, cum jure perpetuae coloniae et beneficio tertiam pretii locationis partem detrahendi, retineant. Limitatum vero hocce beneficium per litteras regis d. 16. Auguſti 1693. *a)* ad proprincipem Bielcken datas, quibus ab hoc beneficio

neficio tertiae vult exemta bona domanialia et menſalia ducum, et poſſeſſoribus dejectis tantum tribuit jus perpetuae coloniae et beneficium tertiae ad decem annos, quibus elapſis, liberum de iis diſponendi penes regem eſto arbitrium. In reliquis vero praediis tam patrimonialibus quam feudis apertis priſtini poſſeſſores, nullo tituli habito reſpectu, perpetua colonia cum iure tertiae fruantor. Reſtrictum tamen adhuc eſt hoc beneficium ad eos poſſeſſores, qui decreto commiſſionis contenti eſſent, nec litis protrahendae cauſſa ad Tribunal appellarent. Quae diſtinctio bonorum domanialium et patrimonialium per litteras regias ad Cameram regiam d. 16. Decembris datas *b*) prorſus eſt ſublata. His enim diſertis verbis ſancitum, vt in omnibus omnino praediis reuocatis ius perpetuae coloniae et beneficium tertiae locum habeat, addita tantum vnica exceptione reſpectu bonorum a Chriſtina ad dies vitae poſſeſſorum, eaque mortua regno apertorum, quod in his nimirum prorſus exſulare debeat tam perpetua colonia quam beneficium tertiae.

a) cfr. Dähnert l. c. pag. 960.
b) Idem l. c. pag. 964.

CAPVT II.
DE SVCCESSIONE IN PRAEDIA TERTIALIA.

Tres dari iure hodierno succeſſionis ſpecies, legitimam, videlicet teſtamentariam, et pactitiam conſtat inter omnes. Sed ſua cuilibet ſunt iura, quae in hac nobis propoſita materia iam veniunt conſideranda. Agamus ergo

SECTIO I.
DE SVCCESSIONE IN TERTIALE LEGITIMA.

§. I.

Principium iurisprudentiae Romanae, quod amor magis deſcendat quam aſcendat, ideoque deſcendentes excludant aſcendentes, in tota Germania adeo eſt receptum, vt vix ſtatutum aliquod reperiatnr, quod ab illo deuiet. Sed non raro contingit, vt plures exſiſtant haeredes defuncto aeque proximi, quibus omnibus ius ſuccedendi per ipſam natiuitatem quaeſitum negari nequit, et qui ex praeſcripto iuris communis in partes aequales, ſit vel in capita vel in ſtirpes, ad ſucceſſionem vocari debent. In patrimonio ſatis amplo haec diuiſio commode fieri poteſt, at in rebus anguſtis, ſi praedium non ſufficit alendis tot dominis, dignitati familiarum exinde ſane paratur exitium. Maiores noſtri, ſplendorem familiae conſeruare ſummopere anniſi,

non

Filiarum exclusio antiquis jam legibus continetur. Lex Salica. Tit. 62. §6 apud Petrum Georgisch in corpore juris Germanici antiqui. p. 123., Lex Ripuariorum tit. 56. §4. Idem p. 167, Lex Angliorum et Warinorum tit: 6. c. 1. et 8. Idem. p. 448, Formulae Marculphi l. 2. c. 10 et 12., Capitular: Reg. Franc: de 807 et 812. Idem p. 733 et 759. (Reinhardt vom Erbfolgsrechte der Töchter vor dem entfernten Mannstamme. Giessen 1746. in 4. ostendit exceptionem, wenn eine Grund und Pod Theilung geschehen ist. Lex. Burgundionum. tit: 14. c. 1. Lex Longobardorum. L. 2. T. 2. §19. Lex Saxonum. Tit: 7. C. 1. Lex Alemannorum. tit: 88., lex Bajuariorum Tit: 14. C. 8. §. 1.

G. L. Brehmer. in diss: de juribus ex statu milit: vet: German: pendent: C. 3. §1.

Deficientibus vero filiis feminae sunt admissae ad successionem.

J. J. Reinhardt. l. c. C. 1. §7. seq.

de Boden in opusc:. de success: gentil: C. 1. membr. 1.

de Senckenberg. in diss: De filia vet: gentis suae in respublicas et principat: success: C. 5. §42.

J. H. Balexe. Grundliche Abhandlung von dem mecklenburgischen Erbjungfrauen Rechte. (Rostock et Leipzig. 1762 in 4.) C. 1. §4. seq.

non potuere non huic malo medelam meditari. Prolapsi itaque eo, vt ordines quosdam successionis constituerent, secundum quos quisque eorum, qui iure succedendi gauderent, ad successionem ipsam peruenirent. Quosdam ergo a successione arcebant ad tempus, eorumque ius succedendi dormire quasi statuebant, quod autem reuiuiscceret, simulac ordo succedendi eos tetigerit. Feminis in primis denegata plane est successio, quousque superstes erit mascula proles, quippe quae sunt finis familiae, dum per nuptias in alienam transeant familiam, ideoque eius conseruando splendori inhabiles. Cedebant autem, ne rem semper lubrico sortis iudicio committerent, vel filio primogenito praedium, vel seniori ex tota familia, vel natu maiori inter plures eiusdem gradus, omnesque reliquos a successione exsules esse volebant, adeo vt ipsis nil nisi alimenta, dos, et secundum Ius Saxonicum res geradicae et expeditoriae ex praedio praestaretur, vnde primogenitura, senioratus, et maioratus oritur. Sed cum hi successionis modi sint irregulares, ii etiam non praesumuntur, nisi pacto, testamento, vel lege speciali sint introducti, iisque positis, successor non succedere videtur ex beneficio vltimi defuncti, sed iure suo, pacto et prouidentia maiorum quaesito.

§. II.

Praeuidit etiam Carolus XI., dum possessoribus domaniorum reuocatorum tribueret ius perpetuae coloniae et beneficium tertiae, obvenire posse casus, vbi de successione tum inter fratres, quam vlteriorum graduum agnatos litigaretur; licet praedium, si inter aeque proximos diuideretur, ex dignitate eos omnes non aleret. Splendori familiae eiusque conseruationi, cui potissimum studuit *a*) conducere

admodum ratus, vt ordo quidam determinaretur, ſecundum quem ii quibus ius ſuccedendi competit a primo acquirente quaeſitum, ad ipſam vocarentur ſucceſſionem, id quod optimo iure facere potuit, cum vnusquisque poſſit ſtatuere quem velit eſſe modum beneficii ſui. b) Videamus ergo quisnam ordo ſuccedendi regi potiſſimum arriſerit.

a) Apparet hoc ex reſcripto regio ad collegium camerale regni Suecici dato in puncto perpetuae coloniae in Livonia d. 5. Octobris 1689. apud Clariſſimum Dähnert l. c. T. I. pag. 961.

b) L. 191. D. de regulis juris.

MEMBRVM I.

De ſucceſſione deſcendentium.

§. III.

Succedunt omnes ergo a primo acquirente oriundi, et ex his primo loco filii, qui omnes reliquos, tam filias quam viduam excludunt, vi reſcripti §. praeced. citati. Tertialiſta itaque ſi vnum tantum relinquit filium, omni caret dubio, quin huic cedat tertiale, cum omni iure quo primus acquirens id poſſedit, excluſis filiabus et vidua, adeo vt ipſis nec alimenta nec dos ex tertiali praeſtetur, et transfert iſte praedium ad ſuos deſcendentes tam maſculos, quam, poſitis tamen terminis habilibus, feminas. Si autem et hic filius poſt patrem decedit, non relictis vel vidua vel liberis, ſuccedit eius ſoror tamquam filia primi acquirentis, excluſa vidua primi acquirentis, cum hic non ſucceditur amplius perſonae primi acquirentis, ſed eius filio, adeoque ius ſuccedendi primi acquirentis viduae datum per aliam iam factam filii ſucceſſionem eſt exſtinctum.

A principes ipsimet sua beneficia interpretari soleant.
L. 43. pr. ff. de vulg. et pupill. substit.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862380375/phys_0063
DFG

§. IV.

Sed si concurrunt plures filii primi gradus, tunc iure communi omnes succedunt in portiones aequales, et tot fiunt partes quot sunt capita, idque in successione allodiali alias in Pomerania obtinet. In feudis Pomeraniae si soli fratres concurrunt, eadem est successio, et dubium non est, quin feudorum Pomeranicorum indoles diuisionem admittat. Sed si feudum commode in partes aequales diuidi nequit, in liberrimo consortium positum est arbitrio, vtrum in communione tenere feudum velint nec ne? Quod vltimum si placeat, vni fratrum per conuentionem vel sortem assignatur ipsum feudum, reliquis consortibus certo pretio, tamquam aestimatione illius feudi particulae, quae alioquin ex diuisione foret obuentura, exsoluto *a*).

a) cfr. J. B. Engelbrecht notitia iur. feud. Pomer. Suec. c. 6. §. 9.
Mevius. Conf. 44. n. 51.

§. V.

Sed in praediis tertialibus obtinet nec allodialis nec feudalis successio. Dicasterium regium eam quidem olim fouit sententiam, allodialem etiam in tertiali locum habere successionem *a*), sed ea est improbata sententia *b*). Plane ergo singularis modus est succedendi ex resolutionibus regiis determinandus, qui, lege dum istis praediis qualitas bonorum stemmaticorum seu fideicommissariorum sit superaddita *c*) a successione in praedia auita et fideicommissaria minime abhorret *d*). Et primogenitura cum hic sit introducta, regula erit firma: quod omnia quae valent in praediis iure primogenitiurae donatis, et valeant de tertiali, nisi contrariae adsunt dispositiones regiae.

a) Apparet hoc ex relatione Reg. Dicast. *welchergestalt die Tertialgelder als allodial* in iudicando et decidendo *considerirt worden. d. 16. May*

1726. cuius mentionem iniicit Illuſt. H. H. ab Engelbrecht in obſervationibus Obſ. 17. p. 106. n. 12.

b) cfr. reſolutio regia ad colleg. regni Camer. directa d. 12. Maii 1727. in cauſſa L. B. Appelmann. apud Dähnert. l. c. p. 1004.

c) Probant id ſatis ſuperque rationes a rege adductae, cur primogenituram introduxerit, nimirum ne praedia diuidentur, et vt eo diutius ſplendor familiae conſeruetur. Potiſſimum autem hoc elucet ex reſolut. regia Malmogiae d. 27. Iun. 1700. data, apud Dähnert l. c. p. 971. ſeq. qua prohibetur tertiale tamquam beneficium primo acquirenti eiusque deſcendentibus conceſſum, extra familiam alienare.

d) Non adſtipulor Clariſſ. Dom. ab Engelbrecht qui obſerv. cit. p. 107. defendit in caſu ſucceſſionis dubio analogiam iuris feudalis eſſe ſequendam. Feudum enim admodum a tertiali diſcrepat, in hoc nimirum exſulant ſeruitia, tertialiſtae non competit dominium, nec tertiale extra familiam alienari poteſt, licet concurſus exſiſtat, id quod aliquando vberius exponam. Succeſſio ergo feudalis in eo tantum caſu locum habere debet, vbi cum ſucceſſione quae fit ſecundum ius primogenituraе, conſpirat.

§. VI.

Iam erit decidendus caſus quid iuris ſit, ſi tertiale ad plures filios fuerit deuolutum. Exſtat eum in finem peculiaris reſolutio regia *a*), vi cuius filio primogenito ſoli in tertiale tribuitur ſucceſſio, reliquis fratribus omnibus excluſis, isque praedium transfert ad ſuos deſcendentes, ita vt, vsque dum in hac linea exſtet aliqua proles maſculina legitima, filius ſecundogenitus primi acquirentis eiusque deſcendentes a ſucceſſione arceantur *b*). Quo autem praedium maiori colatur cura, annua penſio eo commodius et ſecurius praeſtetur, ſplendor familiae eo diutius conſeruetur ſanxit et rex: ne primogenitus nec dotem filiabus nec alimenta viduae nec reliquis cohaeredibus aliud quidquam ex praedio tertiali praeſtare teneatur. Separanda ergo ſunt bona allodialia

dialia ab iis quae intuitu tertialis possedit tertialista, et illis debent esse contenti reliqui haeredes, salua tamen et sua portione primogenito. Sin vero res angustae sint et vidua fratresque ex bonis allodialibus seu haereditate mobiliari ali haud possunt, obligatus erit in subsidium successor tertialis, ipsis praestare alimenta, quatenus lex naturae eum iam ob nexum sanguinis ad hoc adstrinxit.

a) rescriptum regium ad colleg. regni Camerale in pcto perpetuae coloniae in Liuonia d. 5 Octobris 1689. apud Daehnert p. 961. quocum conspirat resolutio regia §. praeced. n. b) allegata.

b) Ita iudicatum in Regio Dicasterio *in Sachen Melchior Heuns* contra *Helwigs Erben d. 25 April 1736.*, quod reperies apud virum Clariss. A. de Balthasar *von den Gerechtsamen des Königl. Tribunals* in appendice n. 49.

§. VII.

Filium primogenitum ad successionem vocari solum si vnicum possedit tertiale antecessor, explorati iuris est. At, si tertialista plura habuit tertialia, quaesitum, vtrum primogenito tantum cedat vnum praedium et filio secundogenito alterum? Resolutione regia res est decisa, et primogenito soli tributa successio, sine discrimine vtrum plura fuerit tertialia relicta an vnicum *a*) modo reditus horum praediorum summam 1500 thalerorum ne excedant *b*).

a) cfr. eum in finem, transsunctum regiae resolutionis ad deputatos nobilium in Estonia intuitu perpetuae coloniae. d. 23. Septembris 1690 apud Daehnert l. c. pag. 963.

b) Resolutione regia d. 12. Ian. 1693. Holmiae emissa licet definita sit norma, ne tertiale constituatur in praedio, cuius reditus summam 1500 thalerorum superant, tamen discessum inde nonnunquam est, vti exemplum Contractus cum comite Aschenberg nomine vxoris Marianae Wittenbergen a camera regia initi euincit. Memorat huius contractus. clariss. ab Engelgelbrecht in cit. obseruat. 17. n. 2. et 21. cuius fide haec refero.

§. VIII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862380375/phys_0069
DFG

§. VIII.

Alterum adest dubium quis succedere debeat, si fratres concurrunt cum fratrum liberis. Fac, tertialistam duos habere filios primogenitum A et secundogenitum B, contrahit primogenitus matrimonium, et suscipit ex eo thoro filium C. Moritur deinde primogenitus, superstite adhuc patre tertialista, tunc quaeritur vtrum primogeniti primogenitus succedat avo, et patruum excludat? Propositum hunc casum rex in tranrsumto §. praeced. citato sic decidit: se velle nimirum vt quilibet casus in specie cum omnibus circumstantiis ad se referatnr, et se deinde determinaturum, vter succedere debeat.

§. IX.

Patet inde, definiri haud posse, cuinam in casu proposito tribuenda sit sueceſſio. Attamen mea quidem sententia, si analogiam iuris sequimur, vix dubio caret, quin primogeniti primogenitus excludat patruum. Posita enim primogenitura, ponendi sunt eius effectus, et per consequens et linealis succeſſio. Simulac enim primogenitura est introducta, sequitur vt non solum antegenitus ipse, sed et ab antegeuito oriundus, omnem postgenitum, vel a postgenito oriundum excludat, adeo vt nunquam postgenitus vel a postgenito oriundus ad succeſſionem peruenire possit, quamdiu antegenitus vel ab antegenito oriundus adest *a*). Nam succedit primogenitus non ex beneficio vltimi defuncti, sed iure suo, pacto et prouidentia maiorum ex ipsa iam natiuitate quaesito, quod ipsi morte personae alicuius intermediae auferri minime potest. In alia omnia it quidem Iurisprudentia Romana, cuius incongruam applicationem ad statuta et conuentiones mere germanicas

nicas Iureconsulti nouiores iam satis superque, hoc potissimum saeculo, ostenderunt.

a) cfr. Vir Clariss. et praeceptor summe deuenerandus I. S. Pütter in primis lineis iuris priuati principum L. I. C. 5. §. 45.

§. X.

Si vero non extant primogenito praemortuo filii, filius tertialistae secundogenitus dubio procul succedit, et omnes filias primogeniti excludit. Filiae enim, dum sunt finis familiae, et per consequens eius conseruando splendori inhabiles, in subsidium tantum succedunt, in eo videlicet casu, si non amplius exstant masculi, simul autem cum filiis et prae iis minime successionis sunt capaces *a*). Secundogenitus autem tertiale ad suos quoque transfert descendentes, et praedium manet in eius linea, quousque aliqua superstes fuerit proles vel masculina, vel, positis terminis habilibus, exstinctis nimirum omnibus et reliquarum linearum masculis, feminina.

a) Vide rescriptum regium §. 6. n. A. citatum verbis: *Was aber die Töchter anlanget, können dieselben vor oder zugleich mit den Söhnen in solchem Fall* (si concurrunt cum filiis) *nicht admittiret werden.* Ita et iudicatum est in casu *der Hackewitzen* d. 6. Decembris 1763. vti refert A. de Balthasar l. c. in appendice n. 54. et Dähnert l. c. p. 1020.

§. XI.

Dictum iam quo ordine succedant filii, reliquum est adhuc, vt videamus, vtrum omnes omnino filii successionis sint capaces nec ne? Id quod merito negamus. Illegitime enim, sint vel ex damnato coitu vel ex concubinatu, iure Romano licito, procreati, iure Pomeranico non succedunt. Omnis nempe concubitus extra matrimo-

nium iure Germanico interdictus est atque illicitus *a*), cuius vestigiis admodum inhaesere iura patria, vt adeo naturales e bonis paternis ne sextantem quidem capiant *b*). De adulterinis et incestuosis vix est quod dicam, cum illis nullibi tribuatur successio. Eodem modo et hi omnes excluduntur a successione in feudum *c*). Ad successionem in bona auita minime etiam sunt admittendi, cum ad familiam pertinere haud videantur, quippe quae non nisi per iustas propagatur nuptias, cuiusque splendor per illegitimi thori maculam sane non conseruatur. Mirum itaque non est, hos etiam ad beneficium tertiae adspirare non posse, cum istud tantum familiae sit concessum, ad quam autem illegitimi haud sunt referendi. Accedit et hoc, quod summus imperans, tamquam vnicus fons huius beneficii, minime velle praesumatur, vt ex delicto alterius sibi inferatur praeiudicium, quod autem fieret, si illegitimus succedat, eoque ipso in casu aperturae consolidationem tertialis cum domanio impediat.

a) cfr. *R. P. O. von 1577.* tit. 26. Concubinatui obuiam itum et in Pomerania in constitutione Ducis Iohannis Friderici, *dass keiner vom Adel Concubinen bey sich halten solle* de d. *Stettin den 12. Nov. 1585.* et Landtags Abschied. d. 28. April 1633.

b) Praeiudicium Regii Dicasterii et Summi Tribunalis affert Clariss. H. H. ab Engelbrecht in delineatione status Pomeraniae Sueticae p. 162. n. 10.

c) vide I. B. Engelbrecht ius feud. Pomeran. C. 4. §. 8. p. 45.

§. XII.

An et quatenus succedant legitimati iam videamus. Constat legitimationem hodie fieri vel per subsequens matrimonium, vel per rescriptum. Illa non tantum habet effectum delendae maculae ex illegitimis natalibus contractae, sed tribuit etiam omnia iura sanguinis,

aa) Struv. Syntagma jur: civ: Exercit: 3. th: 2. Mevius. P. 8. Dec: 87.
Itidem filii qui protinus post celebratas nuptias ~~consensione~~ tempore constituti thalami nascentur, die Frühlingsscinder pro legitimis jam habentur.
Hahn ad Wesenb: Lit: de his qui sui l alieni juris sunt. n. 3.

Si quis legitimatur per subsequens matrimonium, jura quoque

aa

nis, statumque filii legitimi, per consequens ergo hi legitimati iure succedendi gaudent, aeque ac si tempore natiuitatis legitimum ratumque inter ipsorum patrem et matrem exstiterit matrimonium. A successione allodiali ii nullibi sunt excluſi, sed aeque ac quilibet legitimus, tam patri quam matri succedunt *a*). Idem iuris est circa bona auita et fideicommissaria, nisi pacto speciali vel obseruantia sint remoti *b*). Ad feuda quod attinet, ex vsuali interpretatione praxi corroborata, succedunt in haec etiam legitimati per subsequens matrimonium *c*), nisi legibus prouincialibus nominatim sint excluſi *d*).

a) Mevius ad I. L. L. 2. t. 5. a. 9. n. 64. et P. 3. D. 84. Frid. Gerdes differ. iur. comm. et Lubec. §. 50. et Clariſſ. A. de Balthasar de succeſſ. ab inteſtato C. 2. S. 1. Claſſe 1. pag. 53.

b) cfr. Generoſ. de Selchow in elementis iuris Germanici l. 2. c. 2. t. 2. §. 496. Exceptio autem est in familiis illustribus, vbi a successione arcentur, prouti docet. I. S. Pütter in iure priv. principum l. 1. c. 3. §. 32.

c) Celeberr. praeceptor G. L. Böhmer in principiis iuris feudalis L. 1. S. 1. C. 7. §. 123. Stryck de succeſſ. ab inteſt. Diſſ. 1. c. 3. §. 27. seq.

d) In Pomerania tam vlteriori quam Sedinensi a successione arcentur. Receſſ. provinc. d. 1633. d. 28. April. in fine. *Hinterpomm. L. T. Abſchied. Stargard d. 12. Jul. 1654. Hinterpomm. Lehnsconſtitut.* d. 1694. t. 25. §. 3. Stryck. de feudis Pomeraniae C. 3. §. 30.

§. XIII.

Quae cum ita sint, non video, quo iuris fundamento hosce legitimatos a successione in praedia tertialia excludi, sit defendendum, cum leges deficiant expresse his successionem denegantes. Nec intelligo quomodo principia iuris feudalis Pomeraniae ad praedia tertialia, quae ab illis, quoad essentialia, toto coelo differunt, applicari queant. Donec ergo contraria obseruantia fuerit probata, ad successionem eos credo admittendos, praesertim cum aequitas natu-

aa, l 10. C. de nupt. Nov. 12. C. ubi. Nov. 18. C. ult. Nov. 88. C. 8.

ralis huic nostrae adstipulatur sententiae, quae tamen iuri stricto merito praefertur, et illi quoque in praedia auita succedant.

§. XIV.

Concedimus ergo legitimatis per subsequens matrimonium ius succedendi, iique capient omnino tertiale, si pater statim vitiatam duxerit, nullo interueniente alio matrimonio, et illorum primogenitus omnes reliquos legitimos nascituros excludet, quippe qui per contractas cum matre vitiata nuptias iura legitimorum est consecutus. Fac autem, patrem cum alia prius contrahere matrimonium, et mortua coniuge priore vitiatam, ex qua ipsi iam natus est filius illegitimus, ducere. In eo casu distinguendum mihi videtur, vtrum prius matrimonium fuerit improle nec ne? Illo casu succedit legitimatus aeque ac quilibet alius legitimus. Hoc vero, iterum videndum, vtrum ex priori coniugio exstent filiae an filii? Si adsunt filiae, tunc iis exclusis succedit legitimatus, quia filiabus non competit ius adspirandi ad tertiale, nisi exstincta omni stirpe masculina, casus ergo, quo ordo succedendi eas tangit, non adest, dum existit masculus, legitimatus quidem, qui tamen instar legitimorum filiorum est. Si vero patri ex priori matrimonio nati sunt filii, tunc filius legitimus excludit legitimatum se licet natu maiorem. Ex matrimonio enim legitimo conceptus, ius succedendi in tertiale ipsa iam natiuitate quaesitum habet, eo iam tempore quo alter adhuc ob illegitimos natales iure succedendi erat destitutus, ipsique hoc ius non competit ex beneficio patris, sed ex pacto et prouidentia primi acquirentis, et ideo ius eius quaesitum tamquam ius fortius vincit ius legitimati debilius. Per factum patris, cuius beneficio haud succedit, ipsi autem minime ius

quae-

Si quis legitimatur per subsequens matrimonium, jura quoque filii primogeniti consequitur, si ante eum filius a patre haud est procreatus, ex juris civilis sententia.
Carol: Fider: Walchii introductio in controversias juris civilis. Jenae 1776. Sect: 1. Cap. 2. Membro 2. §1. pag: 55. ibique allegati.
G. A. Struv: ex: 3. th: 50. Petr: Gudelinus de jure novissimo Libr: 1. Cap: 15. Sam: de Cocceji Jure controvers: Lib: 1. Tit: 6. pg1.
Hellenbrunt: Treutler. Disp: 1. Th. 7., Bachow ad cund: Pom: 1. pag: 68. Gail, Lib: 2. obs 121. Leyser Spec: 19. med: 1.

§ XV. b.

Sed quid juris in casu legitimationis per testamentum patris. de qua agit. Nov: 74. c. 2. et Nov: 117. c. 2. Anne filius illegitimus per nominationem legitimi a patre in testamento factam legitimatur, et ideo jus succedendi consequitur. Notandum autem erit: Solam nominationem legitimum non facere a) quamvis praesumtionem legitimitatis operetur c) sed accedere debet post mortem patris confirmatio principis. d) Igitur haec non est nisi legitimatio per rescriptum principis occasione testamenti paterni facta. Omnia ergo quae de legitimatorum per rescriptum successione a nobis exposita sunt. §§ praec. ad hanc etiam applicantur, et igitur ejus modi filii §§ non succedunt, inprimis cum pater per testamentum reliquis filiis legitimis jus succedendi quaesitum adimere haud valet.

a) impropie sic dictae. Re naturam enim rei non est legitimatio, definit enim subjectum patriae potestatis.
b) l. 5. C. de testibus. Brunnemann L. 5. Sect: 58.
c) Stephani ad Nov: 74. n. 10. et 11. Berger oecon: Jur: pag: 141. edit: Bach: Novella 117. c. 2.
d) Nov: 74. c. 2. §1. Böhmer ad π. L. 1. T. 6. §18.

Post omnis legitimatio intelligatur sub clausula: salvo jure tertii.
Ludovici in doctrina Pandect: Lib: 1. Tit: 6. §10.
Böhmer Consultat: et Decis: Tom: 2. P. 1. Resp: 26. n. 8.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862380375/phys_0080
DFG

quaesitum auferri potest, et legitimatio filii illegitimi antegeniti subsequente matrimonio facta ipsi non potest esse praeiudicio, cum nemini inuito, nulla eius culpa praeuia, ius suum quaesitum eripi possit. Infirmatur quidem ius succedendi legitimo filio quaesitum, per factam legitimationem, sed tantum ratione haereditatis paternae allodialis, in cuius partem etiam vocatur legitimatus, si defuncto patri ab intestato succeditur, minime autem legitimatus eum a successione in tertiale excludere valet.

§. XV. a.

Alia vero est ratio legitimationis per rescriptum. Sine instantia patris legitimato iure hodierno deletur tantum macula ex illegitimis natalibus concepta, nulla vero tribuuntur iura agnationis. Si preces vero ipse obtulerit pater, videndum, vtrum adhuc exstent alii liberi legitimi nec ne? Priori casu non succedunt legitimati, nisi ipsis facultas succedendi cum legitimis in ipso rescripto specialiter sit concessa. Vltimo casu succedunt patri vt legitimi *a*). Idem haud obtinet in bonis auitis, licet eaedem seruatae sint conditiones, vt nempe iis rescripto expresse ius succedendi sit tributum, quia ad familiam patris non pertinent. A successione feudali plane sunt remoti *b*) In praedium tertiale non tribuerem ipsis successionem, licet positis omnibus requisitis hac §pho adductis, per rescriptum ipsius nostri principis fuerint legitimati, vel ad legitimationem a comite palatino factam principis accesserit confirmatio. Isthaec enim legitimatio non tribuit iura sanguinis, et ius succedendi quaesitum nec filiis nec agnatis sine eorum culpa auferri potest, siue id fiat voluntate patris, cuius beneficio non succedunt, vel rescripto principis. F Si itaque plene fuerint legitimati, ist-

 haec

haec legitimatio tantum habet effectus ratione haereditatis allodialis, ad quam nimirum vocantur isti legitimati. Si vero vltimus possessor. Filium suum curat legitimandum, cum non amplius exstent nec agnati nec cognati a primo acquirente descendentes, et post eius mortem casus aperturae adsit, tunc omnino princeps legitimato tribuere potest ius succedendi in tertiale, quippe cum istud ipsi, non vero aliis est praeiudicio.

a) Nov. 89. c. 8. §. Nov. 74. c. 2. Mevlus ad I. L. I. 2. t. 2. a. 9. n. 69.
b) 2. Feud. 26. ibique. Dd.

§. XVI.

Disquirendum iam erit vtrum natis ex sponsa successio sit deneganda? Species matrimonii legitimi et non rati inter Protestantes est illud: cui ex speciali caussa effectus ciuiles tribuantur, quamquam forma ecclesiastica desit; prouti contingit, si sponsalibus rite contractis accessit copula carnalis, copula sacerdotalis autem ob contumaciam sponsi absentis vel ob eius mortem aliumue casum fortuitum interuenire nequit. Tunc ob ius sponsae et liberorum ex ea natorum matrimonio vero tribuuntur effectus ciuiles, et in priori casu, matrimonium ad instantiam sponsae per sententiam iudicialem pro legitimo ratione effectuum ciuilium declaratur, ita tamen vt contumax, simulac eius copia haberi possit ad copulam sacerdotalem recipiendam adigatur: in altero vero casu effectum saltem habet ratione prolis legitimae, et nati ex sponsa legitimi habentur *a*), et ideo omnino succedunt. Consensus enim iam facit nuptias, et benedictio sacerdotalis non pertinet ad substantiam matrimonii eiusque constitutionem, sed ad quamdam eius inaugurationem et maiorem auctoritatem, et ea nil continet, nisi publi-

1. Corinth: 7. v. 12.

Copula sacerdotalis tamquam Ceremonia a Imperatore Leone est introducta Novell Leonis 89. et demum a X. saeculo inde als eine erbauliche Gewohnheit perpetuo asservata.
Hildebrandus de nuptiis et sigillatim de hierologia. Centuriator Magdeburg. II. c. 7.
Seldenus in uxore hebraica. L. 2. c. 28. Ziglerus de episcopi cap. 20.
est ergo pro ordinatione humana, non divina reputanda.
Gerhardus de conjugio. th. 468. Paul: Cypraeus de jure connubiorum Cap: 11.
de Ludewig. Gelehrte Anzeigen. R. 2. Stuck. 64. p. 222.

Hierologia est inter reliquias papatus, qui matrimonium inter sacramenta refert
Paul. Voetius. ad Institut: tit: de nuptiis. n. 13. p. 189.
de Ludewig gelehrte Anzeigen P. 1. Stuck. III. p. 347. qui tamen contrarium fovet sententiam, contradicit tamen sibi. P. 2. Stuck. 64. p. 322. seqq:

Copula sacerdotalis potius pertinet ad formam matrimonii externam quam internam. Sam: Stryck in notis ad jus ecclesiast: Brunnemanni L. 2. C. 16. § 6. vel 16. eaque omissa, matrimonium non est nullum, potius conjuges arbitrarie tantum puniuntur, et liberi ex eo suscepti legitimi sunt. Matth: Wesenbec: ad π. tit: de ritu nuptiarum. n. 5. ibique Hahn. Arnisaeus de jure Connubiorum. C. 3. Sect: 12. Richter. De success: ab intestato Sect: 1. memb: 3. n. 10. seqq: Carpzov. P. 2. Const: 14. Defin: 12. n. 3. seqq: Hartm: Pistorius. in pract: observ: 83.
Jeremias Franckenberg. Illustrium materiarum juris praxis moderna. (Leipzig und Zelle 1704. in 4) Lib: 1. resp: 59. p. 109.
Strauchius ad Justin: Instit: Diss. 2. th: 21.
Böhmer ad J. E. Protest: Lib: 4. Tit. 3 § 50. Stryck. de success: ab Intest: Diss: 1. Cap: 2. § 49. Mevius P. 8. Dias: 12. 81. Cothmann Vol: 1 resp: 10. et 78.

Quid: Jure Germanico specialiter requiritur praeter hierologiam adhuc conscensio thalami ad effectum successionis conjugalis
Jus Provinc: Saxon: Lib: 3. Tit: 45 verb: das Weib ist auch ihres Mannes Genossin aller der Ehren und Würdigkeit, die der Mann hat zur Hand, als sie in sein Bett tritt. et L. 1. art: 45. et art: 76.
Carpzow. Ipdtiae. for: P. 3. Const: 19. Def: 2. seqq: Besold Thes: pract: Lit: B. Berlich: P. 3 Conclus: 25. n. 28. seqq. testantur. de jure Saxonico.
Jus Wurtenbergicum. P. 4. T. 2. in pr: Consil: Tubingens: P. 5. Cons: 257. n. 37.
Jus. Lubec: P. 2. T. 2. art: 12. ibique Mevius n. 271.
Majores nostri in hanc transiere sententiam ex cleri Romani doctrina jam ab Augustini temporibus approbata, qua matrimonio sacramentum inesse dixerant. Illud autem demum perfici dixerunt, per ipsam corporum commixtionem c. 5. de bigamis non ordinandis. et consequenter hac quoque demum matrimonium fieri ratum et perfectum.
J. H. Böhmer. de diverso sponsalium et matrimonii jure. C. 3. § 34.
Hoc adeo stricte requiritur, ut licet matrimonium per hierologiam consummatum sit ac in procinctu fuerint ingrediendi thorum conjuges, successio tamen locum non habet.
Carpzow. I. pt: for. P. 3. Const: 19. Def: 3. Berlich P. 3. Conclus: 25 n. 31. seqq: Praejudicium habet. Diedericus Meyer. de success: conjug: statut. Bremensi. § 8. et Richter. P. 2. Dec: 94. n. 6.
De praxi non requiritur ut copula actualis accesserit carnalis corporumque commixtio sive mutuo consensu, sive morbo sive impotentia, sive magicis artibus impedita aut omissa fuerit, sed sola sufficit thalami conscensio, seu ficta corporum commixtio.
Carpzow. I. for: P. 3. C. 19 Def: 4. et Lib: 5. Tit: 1. resp: 108. n. 18.
Mevius ad I. L. L. 1. art: 14. n. 14.

Die zu frühe gebohrne Kinder, welche durantibus sponsalibus vel etiam contracto jam matrimonio zur Welt kommen sind pro vere legitimis zu achten
v. Balthasar Anmerk. über die Pommersche Kirchenordnung P. 1. p. 625.
wenn auch dieselbe post partum von der Mutter exponiret worden, zumal die expositio nur ein delictum parentum ist, welches den Kindern an ihrer sonstigen legitimität nichts benehmen kann.
Balthasar de homin: proprii in Appendice N: 34. p. 433 seq: edit: de 1779.

publicam consensus matrimonialis declarationem. Cum ergo nati ex sponsa sint legitimi, nullo caret dubio, quin in tertiale succedant, et omnes filias, si forte prius iam exstiterit matrimonium excludant, iureque primogenituae omnibus post se genitis sint praeferendi, saluo tamen iure filiis prioris thori quaesito.

a) Sunt verba clariss. G. L. Böhmeri in principiis jur. canon. I. 3. S. 2. t. 2. §. 352. Meuius I. L. I. 2. t. 2. a. 9. n. 6., et P. 2. D. 81., P. 3. D. 39., P. 4. D. 81. Carpzow P. 2. const. 14. def. 12. c. 12. X. qui filii sint legitimi. Zeller in diss. de partu monstroso legitimo. Gottingae 1762.

§. XVII.

Restat adhuc vt de natis ex matrimonio cum dispensatione inito videamus. Discrepare admodum leges prouinciales ecclesiasticas ratione personarum quae matrimonium contrahere possunt, constat, et obuenire posse casus, vbi matrimonium licite in vna prouincia inter personas quasdam initur, quod tamen in altera foret illicitum v. g. Ordinatio nostra ecclesiastica prohibet matrimonium cum defunctae vxoris sorore, adeo vt illud ad casus indispensabiles referat, cui tamen in altera prouincia dispensatio non facile denegatur. Fac ergo, competit cuidam ius succedendi in tertiale, sed ducit virginem secundum leges prouinciales Pomeraniae nostrae duci vetitam, attamen praeuia dispensatione v. g. Borussorum regis, in cuius commoratur territorio, et ex hoc coniugio ipsi nascuntur liberi, quaeritur an hi successionis erunt capaces? Id quod nego et pernego. Dispensatio enim principis alterius territorii tribuit illis liberis quidem iura legitimorum, sed tantum in terris suae ditionis, minime autem haec dispensatio effectus habere potest in territoriis ipsi non subiectis, cum nullus princeps aliquid statuere possit, quod in praeiudicium iuris dispensandi alterius vergat.

gat. Intuitu ergo alterius principis isti liberi semper habent rationem incestuosorum, et ideo merito a successione tertialis arcentur.

§. XVIII.

Iis demique qui defectu animi vel corporis laborant, successio in tertiale non erit deneganda. Arcentur quidem a feudo sed ob inhabilitatem seruitia domino directo praestandi. Cum vero in tertiali omnia exsulent seruitia, et beneficio hoc regio omnes fruantur, qui a primo acquirente descendunt, nisi sint specialiter remoti, infero, etiam hos esse admittendos, dum nullibi appareat, regem eos nominatim excluisse, et vsufructuarius ob defectum animi vel corporis iure vsusfructus minime priuetur. Accedit et hoc, quod tertialistae facultas sublocandi sit concessa *a*) et ius supremae inspectionis regi semper remaneat saluum, ideoque satis prospectum est, ne etiam eiusmodi possessor tertiali abuti queat.

a) resolut. reg. ad colleg. regni Camer. directa d. 12 May 1727. in causa L. B. Appelmann apud Clariss. Dachnert l. c. p. 1004. verbis *oder durch* suffisante arrhendatores *brauchen lassen*.

DE SVCCESSIONE FILIARVM.

§. XIX.

Feminae, cum sint finis familiae, adeoque conseruando eius splendori inidoneae, a successione in bona auita tam diu sunt excluisae, vsque dum exsistat aliqua mascula proles. Attamen iure succedendi minime sunt destitutae, licet ad successionem ipsam non prius vocentur, quam ordo succedendi eas tetigerit, et ideo fallit omnino regula: feminam semel excluisam semper esse excluisam. Idem et obtinet in praediis

F ita tamen ut ipsi sub certis limitationibus alimenta condigna ex feudo praestentur
Stryosc. de jure sensuum. Diss: de jure Coeorum Cap: 3. n. 65.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn862380375/phys_0087
DFG

praediis tertialibus, quorum possessionem filiae nanciscuntur non nisi omni stirpe masculina exstincta, nec opus est renunciatione successionis in fauorem masculorum, cum illae iam lege excludantur *a*). Videndum ergo quo ordine succedant filiae, exstincta omni stirpe masculina vulgo *auf den ledigen Anfall.*

a) vide rescript. reg. ad colleg. camer. regni Suec. d. 5 Oct. 1689. (§. 6. n. A.) verbis. *Was aber die Töchter anlanget können dieselben vor oder mit den Söhnen nicht admittirt werden.*

§. XX.

Succedunt ergo filiae si non amplius exstant masculi vel vidua *a*), et quidem primogenita omnes reliquas excludit *b*). Statuimus autem filiam vltimi possessoris omnibus, primo acquirenti licet propioribus, esse praeferendam *c*). Simulac vero praedium ad eam peruenerit, transfert ea et praedium ad omnes suos descendentes tam masculos quam feminas, et successio in illa linea manet vsque dum aliqua supersit proles legitima, seruato tamen semper primogenitorae ordine. Posita enim primogenitura, valet et regula: vt non antegenita ipsa, sed et ab antegenita qui descendunt, omnem postgenitam vel a postgenita oriundum excludat *d*). Exstincta autem hac linea ad lineam filiae secundogenitae ordo succedendi peruenit, exclusis iterum omibus qui a filia tertiogenita descendunt, semper tamen secundum primogenitorae leges. Caeterum filia primogenita eodem iure, quo olim filii, succedit. Ergo non obligatur ad praestandum reliquis filiabus dotem et alimenta ex pradio tertiali, nisi quatenus illa lege naturae iam debentur, nimirum in subsidium, si deficit allodium ex quo ali possent, alias filiae postgenitae haereditate allodiali debent esse contentae, cuius

autem et ſuam portionem capiet primogenita, ſi defuncto ab inteſtato ſucceditur.

a) De hac ſequens aget membrum.

b) Transſumtum regiae reſolut. ad Deputat. nobil. in Eſton. (§. 7.) verbis: *nach ihr (Witwe) wird die älteſte Tochter die nächſte dazu zu treten erklärt.*

c) Nota admodum ſunt iurgia de iure excludendi filiam vltimi poſſeſſoris poſteris femineis primo acquirenti propioribus competente, enata. Vindicavit filiabus vltimi defuncti ius ſuccedendi. Clariſſ. Pütter *in den auserleſenen Rechtsfällen.* P. 3. reſp. 99. pag. 817 ſeq. In praediis tertialibus res extra omnem dubitationis aleam eſt poſita, dum, introducta primogenitura, in his obtineat linealis ſucceſſio, non gradualis.

d) cfr. I. S. Pütter de iure feminarum adſpirandi ad fideicommiſſa familiae C. 3. §. 25. ibique allegatus L. B. de Cramer de vero ordine ſuccedendi feminarum ſecundum ius primogeniturae.

MEMBRVM II.

De ſucceſſione coniugum.

§. XXI.

Inter effectus quos matrimonium rite legitimeque contractum, producit, ius ſuccendi, quatenus hoc lege vel ſtatuto coniugibus tribuitur, eſt referendum. Proſpectum etiam eſt coniugibus de ſucceſſione in praedia tertialia, id quod iam nobis venit conſiderandum. Tribuit quidem rex viduae ius ſuccedendi ſed tantum in ſubſidium, ſi deficiunt porſus in familia maſculi. Succedit autem haec ex mera regia gratia, non tamquam deſcendens primi acquirentis, quae autem ius ſuccedendi tantum concedere voluit viduae vltimi poſſeſſoris, quo mortuo, omnis ſimul exſtinguitur ſtirps maſculina. Probat hoc transſumtum §. 20. citatum, in quo nimirum diſpoſitum eſt: quod filia primogenita poſt eam ad ſucceſſionem ſit vocanda, caſus autem, quo

Exempleum est in familia Appellmanniana, mortuo marito, filii licet fratris a-
desset, vidua succedebat, eaque demum mortua 1777. succedebat filius fratris defun-
cti secundogeniti suae natu major.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862380375/phys_0092
DFG

quo filiae ſuccedant, tunc demum adeſt, ſi omnis deficit maſcula proles. Ergo et vidua non poteſt ſuccedere prius, quam ſtirps maſculina ſit exſtincta, cum eam proxime ſequatur filia. Per conuentionem vel conniuentiam ſucceſſoris legitimi fieri tamen poteſt, vt vidua, quae de iure adhuc eſſet excluſa, ſuccedat. Si igitur ex eo matrimonio non adſunt liberi, et agnati omnes deficiunt, vidua ſuccedit, et vtitur fruitur praedio ad dies vitae, ſi alteri non nupſerit, ea autem mortua aut ſecundis nuptiis ſecutis, tertiale venit ad filias alterius lineae tamquam deſcendentes a primo acquirente, et his etiam deficientibus tertiale cum domanio conſolidatur.

§. XXII.

Si autem ex eo thoro ſuscepti ſunt liberi, videndum erit, vtrum adſint filii an filiae? Filii ſi exſtant, excluditur ab iis vidua, nec alimenta ex praedio tertiali capit. At ſi filiae tantum adſunt, vidua praefertur, attento tamen ſemper diſcrimine, vtrum ad ſecundas nuptias properauerit nec ne? Quod ſi fecit beneficium tertiae amittit, et praedii poſſeſſionem nanciscitur filia eius primogenita, quia iam maſculi a primo acquirente per filium ſecundogenitum oriundi, quibus excluditur, deficiunt. Si vero in ſtatu viduitatis manſit, praedio vtitur fruitur ad dies vitae, eaque mortua praedium venit ad eius filiam primogenitam, deficientibus tam ſecundogenito filio, quam omnibus maſculis *a*).

a) probat haec omnia transſumtum §. 20 citatum verbis: *Wenn der* arrhendator *mit Tode abgeht ohne Söhne, behält die Witwe das Arrhende, ſo lange ſie unverheyrathet iſt, und nicht in andere Heyrath tritt.*

§. XXIII.

Viduo autem plane nulla in tertiali datur succeſſio. Si enim virginem ducit, quam ordo ſuccedendi tetigit, adſunt vel ex eo thoro poſt eius mortem liberi uel non. Priori caſu, liberi tertiali potiuntur, excluſo patre, cum vxor iam mortua transferre poſſit praedium ad ſuos deſcendentes legitimos. Capit quidem vſumfructum pater, donec liberi ad annos maiorennitatis peruenerunt, ſed non iure tertialiſtae, potius quatenus ipſi competit ius vtendi fruendi in bonis liberorum adventitiis. Si vero nulli ſunt ſuſcepti liberi tertiale venit ad filiam ſoceri ſui ſecundogenitam. In dubio enim analogia iuris in primogenitura vſitati ſequenda, niſi per reſolutiones regias contrarium fuerit diſpoſitum, et tunc valebit omnino regula, quod tantum omnes qui a primo acquirente deſcendant, ſit vel per maſculos vel per feminas, ſuccedant. Potuit ergo vxor ius ſuum ſuccedendi transferre quidem, ſed ad ſuos deſcendentes, qui ſimul a primo acquirente ſunt oriundi, minime vero ad maritum, qui ex plane alia eſt familia, et per conſequens non eſt verus primi acquirentis deſcendens. Potius igitur erit ius ſuccedendi filiae ſoceri ſui ſecundogenitae, quae a primo acquirente deſcendit, illaque ipſi erit praeferenda. Si vero non exſtant nec ex eo thoro liberi, nec amplius adſint alterius lineae cognati, credo equidem tertiale, excluſo viduo, ſtatim poſt mortem vxoris cum domanio conſolidari poſſe. Ius enim vtendi fruendi filiae competens ſtatim exſpirat, ſimulac non exſtant qui originem a primo acquirente ducunt, quippe in quos tantum ex voluntate regia transferri poteſt ſucceſſio, maritus vero non pertinet ad familiam, ſed ad aliam domum eamque plane diuerſam, ideoque is excluditur, quia beneficium

tertiae

filii separatam instituant oeconomiam, et filiae per nuptias e domo pater
na egrediuntur.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862380375/phys_0095
DFG

tertiae tantum familiae primi acquirentis est conceſſum. Accedit et hoc, quod ſilentibus hac in re reſolutionibus rex non praeſumatur voluiſſe viduo ſucceſſionem tribuere, quippe quo caſus aperturae et conſolidationis ipſi redderetur difficilior.

MEMBRVM III.

De ſucceſſione collateralium.

§. XXV.

Primo acquirenti eiusque deſcendentibus cum tertiale tantum ſit conceſſum, ſequitur vt collaterales primi acquirentis a ſucceſſione in praedia tertialia plane ſint remoti, quippe qui minime eius ſunt deſcendentes, id quod etiam reſolutiones regiae innuunt *a*). Non omnes tamen collaterales a ſucceſſione arcentur, ii potius qui per alios a primo acquirente ſunt oriundi admittuntur.

a) Vide litteras regias ad colleg. Regim. Pomer. datas in puncto perpetuae coloniae d. 16. Maii 1697. apud Dähuert p. 968. ſeq.

§. XXVI.

Collaterales maſculi a primo acquirente deſcendentes excludere omnes filias, explorati iuris eſt, cum filiarum ſucceſſio tantum ſit ſubſidiaria et non niſi exſtincta omni ſtirpe maſculina locum inueniat. Fac ergo, filium primi acquirentis primogenitum poſſeſſorem tertialis decedere, relictis filiabus, et fratre ſecundogenito, tunc frater ſecundogenitus primogeniti filias excludit, quibus nondum eſt apertum ius ſuccedendi dum adhuc ſuperſunt maſculi, isque praedium ad ſuos transfert deſcendentes tam maſculos quam feminas, in eo ſcilicet caſu

si omnis stirps masculina fuerit etiam in reliquis lineis exstincta a). Viduam vero primogeniti excludi per fratrem defuncti mariti secundogenitum iam satis superque §. XXI. est demonstratum.

a) cfr. Sententia regii Tribunalis in causa *der Hackewitzen d. 6. Dec. 1763.* verbis: *Das Verbot* ratione successionis *von der Seitenlinie auch nur von denen Collateralibus des* primi acquirentis *zu verstehen, und auf Collaterales eines nachherigen Possessoris nicht zu ziehen.*

SECTIO II.

DE SVCCESSIONE TESTAMENTARIA ET PACTITIA.

§. XXVII.

Testamenta aliaque pacta successoria ratione haereditatis allodialis tertialistam facere posse, ita vt filiis et filiabus in tertiale non succedentibus ampliores partes tribuat ac filio futuro successori, quotidiana docet praxis, cum ratione huius succedatur ex beneficio vltimi defuncti, quilibet autem possit disponere, quid post mortem suam de rebus suis fieri velit. Idem et iuris erit circa fructus ex tertiali iam perceptos, et inventarium, quatenus hoc non est cum tertiali acquisitum, sed propriis paratum expensis ex patrimonio suo factis. Longe alia autem est ratio successionis in ipsum beneficium tertiae. Ius enim succedendi in tertiale quilibet successor habet ex pacto et prouidentia maiorum seu primi acquirentis, minime autem ex beneficio vltimi defuncti, idque ius ipsi ipsa iam natiuitate est quaesitum, quod ipsi nulla dispositione tertialistae possessoris potest auferri. Dispositiones ergo patris de praedio tertiali in alium, quam quem legitimus ordo succedendi tangit, transferendo, nullae erunt et irritae, et futuro successori saluum est

ius

Dubium autem non est quin ipse primogenitus juri suo renuntiare et ad secundo genitum tertiale veniat pati posset, cum juri primogeniturae licite renuntiari potest. Palnerus de renuntiat: Cap: 6. n. 41. Tiraquell de jure primogeniturae quaest: 40. n. 186 Ubi enim successio primogenito addicitur, non excluditur ejus voluntas, et nemo invitus ad successionem compellitur. L. 29. C. de Pactis. L. 41. ff de minor: Stryck. de salvo jure principis. C. 1. n. 58 seqq: cfr. Joannes. Klein in diss: de dubiae primogeniturae jure. Cap: 1. n. 26.

ius, repudiata haereditate paterna tamquam demto omni fundamento obligatorio praestandi facta defuncti, succedendi navitate quaesitum, prosequendi, et occupandi tertialis possessionem. Quid? si futurus successor a tertialista legato fuerit grauatus, soluere id non tenetur, nisi simul fit haeres in allodio. Ex tertiali enim nil praestat vi resolutionum regiarum, sed prouti nunc est tertiale capit, et ideo a patre, cuius beneficio non succedit, ipsi onus haud iniungi potest. Patet ergo omnia pacta de successione in alium quam legitimum haeredem transferenda nulla esse atque inualida, cum nullum pactum subsistere queat, quod in praeiudicium iuris alteri iam quaesiti est initum. Consensus vero successoris legitimi vbi accesserit validum erit pactum, cum nemini volenti iniuria fieri videtur. Remanet tamen, si praedium ad alteram lineam per pactum in quod non consenserunt peruenit, descendentibus eius, qui successioni renuntiauit in fauorem alterius lineae, ius reuocandi praedium, quippe quod extra eorum consensum ipsis auferri nequiuit, modo repudient haereditatem paternam, quo facto minime erunt obligati ad facta defuncti patris praestanda.



Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862380375/phys_0102
DFG

Gebunden
L. A. Garbe
Rostock.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862380375/phys_0113
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862380375/phys_0114
DFG

iae tantum familiae primi acquirentis est concessum. Accedit et
quod filentibus hac in re resolutionibus rex non praesumatur vo-
lionem tribuere, quippe quo casus aperturae et con-
ideretur difficilior.

MEMBRVM III.

e successione collateralium.

§. XXV.

irenti eiusque descendentibus cum tertiale tantum
quitur vt collaterales primi acquirentis a successione
plane sint remoti, quippe qui minime eius sunt
quod etiam resolutiones regiae innuunt *a*). Non
laterales a successione arcentur, ii potius qui per
irente sunt oriundi admittuntur.

gias ad colleg. Regim. Pomer. datas in puncto perpetuae
Maii 1697. apud Dähuert p. 968. seq.

§. XXVI.

masculi a primo acquirente descendentes excludere
rati iuris est, cum filiarum successio tantum sit sub-
exstincta omni stirpe masculina locum inueniat.
imi acquirentis primogenitum possessorem tertialis
filiabus, et fratre secundogenito, tunc frater se-
ogeniti filias excludit, quibus nondum est apertum
adhuc supersunt masculi, isque praedium ad suos
es tam masculos quam feminas, in eo scilicet casu